BIBLIOTECA NAZ.
111
D
11
NAPOLI

111
D
11.

83
D
17

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

EXERCITATIONUM

IN

EURIPIDEM

LIBRI DUO.

AUCTORE

S. MUSGRAVE A. M.

MEDICINÆ STUDIOSO, SOCIETATIS REGIÆ LONDINENSIS SOCIO.

TECA NAZIONALE DI NAPO

B. R. NEAPOLIS

LUGDUNI BATAVORUM,

Ex Typographeo DAMMEANO,

MDCCLXII.

Digitized by Google

Digitized by Google

V I R O.

REVERENDISSIMO, GRAVISSIMO

THOMÆ, ARCHIEPISCOPO CANTUARIENSI:

V I R I S

NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS;

ROBERTO, BARONI HENLEY,

SUMMO ANGLIÆ CANCELLARIO:

JOHANNI, COMITI DE WEST-MORLAND,

ACADEMIÆ OXONIENSIS CANCELLARIO:

ROBERTO, COMITI DE HOLDERNESSE,

EX REGIO AD ACTUS PUBLICOS SECRETARIO:

GULIELMO, BARONI MANSFELD,

IN CURIA BANCI REGII JUSTICIARIO SUPREMO:

GULIELMO PITT, ARMIGERO,

EX REGIO AD ACTUS PUBLICOS SECRETARIO:

THOMÆ CLARKE, EQUITI AURATO,

ROTULORUM MAGISTRO:

PENSIONIS RADCLIVIANÆ

COLLATORIBUS VEL EX COLLATORIBUS,

MÆCENATIBUS SUIS

S. P. D.

SAMUEL MUSGRAVE.

Stu-

DEDICATIO.

Studioſorum labores, cum ex duabus fere rebus æſtimentur, primò ſi argumentum curâ & cognitione dignum ſit, deinde ſi commodè feliciterque tractetur, de alterâ mihi Eruditorum judicium, in quibus Veſtrum vel maximè, Illuſtriſſimi Proceres, inter ſpem metumque exſpectandum eſt; alteram, quæ uſu & dignitate argumenti continetur, non facilè æqui Judices in hoc qualicunque commentario deſiderabunt. Deſtinatus ille Euripidi illuſtrando, eò majorem utilitatem oſtentat, quò magis ſummus Poëta ſuavitatis & elegantiæ laude celebratus eſt. Hæ enim artis quaſi *ἄωτον* conſtituunt, ſine quo frigent reliqua, nec facile ſtudia hominum conciliant; deinde cum ex verborum delectu & rhythmo ſententiarum pendeant, Librariorum injuriis nunquam non obnoxiæ ſunt. Quamobrem Criticorum induſtria, quam in verbis ſyllabiſque penſandis verſari dicunt, in Euripide ſaltem utilis erit; quem cum prodat antiquitas in tribus verſibus elaboran-

Digitized by Google

dis triduum aliquando egiſſe, exinde intelligitur, & quantam in ſingulis vocibus curam poſuerit, & quantum interſit veras eas & vitii expertes habere.

Quanquam autem honeſtum & minimè pœnitendum eſt propoſitum, ſi quis Eruditis duntaxat prodeſſe ſtudeat, non tamen diſſimulabo mihi, cum initio hoc conſilium agitarem, majus aliquid nobiliusque in animo obverſatum eſſe. Neque enim deſperabam fieri poſſe, ut Græcæ Elegantiæ ſtudium, ab aliquot retrò annis reviviſcens, vel feliciter illuſtrato Euripide, vel ipſo forte illuſtrandi conatu, latius aliquanto propagaretur. Comperiſſe utique videbar, eo tempore, quo barbaries primùm depulſa eſt, initium a Poëtis Latinis factum eſſe; eorum dulcedine captos primùm homines, ad reliqua Latinorum monumenta & cognoſcenda & imitanda eâ occaſione illectos eſſe; idemque in Græcis Literis, ſi unquam in pari favore & pretio eſſe cœpiſſent, non dubitabam eventurum. Eſt enim rationi inprimis conſentaneum, quod genus Auctorum argumenta e medio ſumta perſequitur; deinde ea ipſa verbis lectiſſimis ornatiſſimiſque exponit, poſtremò etiam metri ſuavitatem admiſcet, ab iis maximè homines, velut a Sirenibus, detineri, imo ad familiaritatem cum ipſis contrahendam, invitos etiam & aliò feſtinantes cogi. Euripidem denique, jacentem hactenus, & præ reliquis etiam Græcis neglectum, eo aptiorem huic conſilio judi-

cabam,

cabam, quia ob Librariorum tantum errores faſtiditus videbatur, cum alioqui Lectoribus & perſpicuitate alliciendis & ſuavitate deliniendis unus omnium factus ſit.

Hæc igitur, ſi ſpeciem aliquam habent, neque optantis planè ſomnia ſunt, quid utilius hoc inſtituto, gratiusve Eruditis eſſe poteſt? Itaque multum abeſt, ut iis me excuſandum putem, qui verè in literis profecerunt, nedum Vobis, Nobiliſſimi Viri, quos tantâ eloquentiæ prudentiæque laude florentes, ſtudiis, unde ea bona hauſiſtis, favere neceſſe eſt. Alios tamen video eſſe, neque eos in literis planè hoſpites, qui omnia hujusmodi ad tineas ablegent, ſive ſuperfluam putantes Græcarum literarum ſcientiam, ~~ſive a Criticâ hac palæſtrâ~~, tanquam peſte quadam ingeniorum, abhorrentes. Quorum voces, cum libenter plerumque a tyronibus audiantur, multosque indies ab hoc genere ſtudiorum avertant, facturus ſum procul dubio operæ pretium, ſi errorem hunc fuſius paullò accuratiusque refellendum ſuſcipiam. Quod ut aggrediar, cùm occaſio ſuadet, quæ ex hujus libelli inſtituto commodiſſima oblata eſt, tùm incitat nomen atque auctoritas Veſtra, admonetque aſſiduè, quanta harum literarum commendatio, quam gravis & ſancta pud omnes futura ſit, ſi, re cognitâ atque perpenſâ, Veſtro judicio ſe probaverint. Neque Vos fortaſſe pœnitebit, pro Veſtro in literas literarumque amantes animo, cauſam & Græcæ & Criticæ Eruditionis au-

dire, quæ, ſive commodè ſive aliter agetur, a me certè prodi deſtituique in tanto diſcrimine non debuit.

Et primùm quidem, ſunt qui recentiorum opera alendis promovendiſque ingeniis ſufficere exiſtiment, vel ſi Latinos adſumas, nihil ultra deſiderari poſſe. Quamobrem Græcorum lectionem, aut non admodum prodeſſe, aut etiam propter linguæ difficultatem obeſſe, in eâ quippe ediſcendâ, nimium quantum temporis, ſine ullo ſcientiæ aut eloquentiæ incremento, conſumi. Verùm qui ſic loquuntur, quid artium elegantiorum ratio & natura poſtulet, non valde mihi videntur perſpexiſſe. Etenim ad Mathematicas quidem diſciplinas percipiendas facile conceſſerim, vel unum quemvis Auctorem, eruditè eas & perſpicuè tradentem, ſufficere. Sed longè aliter ſe res habet, ubi ingenium excolendum, ſive, ut planiùs dicam, ad excellentem ſcribendi judicandique facultatem, erudiendum & formandum eſt. Nihil enim in hoc ſtudio ſuperfluum aut cognitu inutile, quod in ſuo genere eximium eſt; nulli lectionis termini, niſi quibus boni ſcriptores a malis ſecernuntur. Itaque parum ſapienter conſuluiſſe mihi videntur, qui factâ comparatione inter veterum & recentiorum ſcripta, alterutros deprimere & ex manibus hominum excutere ſtuduerunt. Neutris enim contentus eſſe debet, qui literis ſe addicit; ſed ſive in recentium theſauris præclari aliquid exhibetur, ſedulò contempla-

ri; ſive in veterum monumentis, tanquam gemma in metallis, reconditum eſt, ne tum quidem negligere, aut eruendi laborem refugere. Quid enim? qui picturæ operam dant, cum plurimæ ſint domi in Angliâ venuſtiſſimæ tabulæ, Italiam tamen Galliamque ad reliquas cognoſcendas percurrent; ſtudioſi non harum diligentiam imitabuntur, ſed ab elegantiæ Archetypis linguarum, non regionum, finibus ſeparari ſe patientur? Nam quod tantam recentiorum copiam eſſe prædicant, quæ omnium ſtudia ſatiet, in eo, ut in cæteris, decipiuntur; non quod negem probabilium quidem Scriptorum magnum ubique proventum eſſe; ſed quod ad ingenii cultum ii tantùm magnam utilitatem præſtant, qui conſummatam quandam in dicendo virtutem, elegantiæ puta aut ſublimitatis, aſſecuti ſunt. Jam, qui intra horum numerum conſiſtit, licet Recentioribus Latinos, Latinis Græcos adjunxerit, non magnopere verendum eſt, ne Librorum multitudine obruatur.

Quæ hìc diſputata ſunt, etſi omne eloquentiæ genus, atque adeo hiſtoriam, complectantur, non deſunt, quæ pro Hiſtoricis, quippe Græcis, ſeparatim differi poſſint. Nam ſi Hiſtoriæ eum maximè ob finem legendæ ſunt, ut rerum geſtarum notitia comparetur, quando & per quos & quomodo actæ ſint, vel ſi, ut mores diverſarum gentium cognoſcantur, eum laborem ſuſcipiendum judicamus, facile intelligitur hoc ad omnes hiſtorias pertinere,

nec quidquam tam locis temporibusque remotum eſſe, ut negligi omnino mereatur. Sin, quod verius puto, in argumentis hiſtoriarum non minor eſt, quam in Scriptoribus, diverſitas, eæque utiliſſimæ merito judicantur, quæ ingenii virtutumque exemplis locupletiſſimæ ſunt, quid dubitamus Græciæ annales, præ omnibus omnium gentium, ſtudioſis commendare? Qui, etſi per interpretes, veterumque recoctores aliquatenus cognoſci poſſunt, tamen eſt in eâ ratione duplex incommodum, cum, qui ſic ſtudia inſtituunt, neque ſcribendi artificium, quod in antiquis eſt, videant, neque res ipſas accuratè aut certò cognoſcant; unde neceſſariò ex ore magiſtrorum, velut pueri aut mulierculæ, pendent, neque unquam poſtea in literis ſuffragii jus conſequuntur.

Ad eos jam orationem convertimus, qui Græcos Auctores legendos eſſe non negant, Criticorum tantùm lectionem aut inutilem ſtudiis, aut etiam perniencioſam eſſe contendunt. Qui ſi artem univerſam quacunque de cauſâ contemnant, fatui ſint ridiculique neceſſe eſt, Græcorum ſcripta laudantes, ſed, utrùm rectè an ſecus intelligantur, nihil referre exiſtimantes. Sed, ut verum fatear, Criticorum diſciplinam, multorum licet vocibus contumeliiſque proſciſſam, nemini unquam ſeriò diſplicuiſſe crediderim, neque ita quenquam deliraſſe, ut Auctores, quibus legendis delectatus ſit, corrigi intelligique noluerit. Unde igitur tan-

ta in hoc nomen acerbitas? quidve demum intelligunt, qui ſe Criticæ inimicos profitentur? Duos maximè fontes eſſe arbitror, ex quibus hoc quicquid eſt odii & invidiæ emanavit; primò, imperitiam inſcitiamque multorum, qui ſe Veterum Interpretes profeſſi ſunt, quorum infamia, creſcente indies numero, tandem in artem quoque ipſam redundavit; deinde ſecundò, Lectorum faſtidium, omnia, quorum rationem non ſtatim vident, velut frivola & nugatoria, inſectantium. Jam, ut minimè neceſſarium eſt iniquitatem eorum aut imprudentiam arguere, qui ex Barneſiis Pauwiisque Criticam, potiùs quam ex Hemſterhuſiis Erneſtisque æſtimant, ita cum alii, quid in Criticâ rectum ſit, non ſatis intelligunt, ante omnia horum minuendus eſt error. Quippe ad artis defenſionem haud parùm, ad ingenii autem cultum quam maximè pertinet, ne quis paleas cum frugibus confundat, id eſt, ne utilia memoriâque digna in Scholaſticorum ineptiis numeret. Sed hoc altius paullò repetendum, fuſiùsque declarandum videtur.

De iis igitur Veterum locis, quæ ab omni conſtructionis formâ abhorrent, & tenebris planè involuta ſunt, nulla inter Studioſos diſſenſio eſſe poteſt, quin ad Criticæ opem confugiendum ſit. Quod longè aliter ſeſe habet, ubi res a ſenſu ad puritatem & elegantiam venit, quoties nimirum aut dura translatio, aut vox inconcinna, aut conſtructio denique vitioſa tollenda eſt.

Ho-

Horum enim & ſimilium deformitatem ii tantùm vident, qui aſſiduâ lectione nativam verborum vim, uſumque loquendi elegantiorem animo impreſſerunt. Cæteri, qui minùs in ſermone, quisquis eſt, profecerunt, nec hujusmodi vitia animadvertunt, nec alios indicantes patienter audiunt. Qui ſi verborum notionibus accuratè cognoscendis paullò plus ſtudii temporisque impertirentur, primo Criticis æquiores eſſent, deinde elegantiam & propriæ & figuratæ dictionis promptiùs multò acutiùsque ſentirent. Dici enim vix poteſt, quantum ad legendi voluptatem, in Poëtis præſertim, conferat, minutiarum, ut vocari mos eſt, cognitio; velut in cultioribus Miltoni aut Shakesperii verſibus, ſingulæ nonnunquam voces Britannum mirè delectant, quas tamen craſſior Peregrini ſenſus, nec animadvertat, nec mutatas admodum deſideret; quam aliam ob cauſam, niſi quod linguæ arcana non teneat, neque eam ſcientiam habeat, quæ in Grammaticis ſcilicet contemnitur? Neque dubitari ſanè poteſt, quoniam & ex Latinis dandum eſt exemplum, nobiliſſimam illam Horatii phantaſiam,

— auditumque Medis
Heſperiæ ſonitum ruinæ —

multò plus voluptatis ei præbituram eſſe, qui didicerit *ruinam* eſſe proprie ædificii, muri, turris cum fragore concidentis, quam qui, *turbas*, aut, *confuſionem*, ut tyrones fere faciunt, interpretetur. Jam cum

boni Interpretis ſit, translationes hujusmodi, nonnunquam & propriè dicta illuſtrare, utrumque autem copiam exemplorum deſideret, nimis profectò faſtidioſi ſunt qui Grammaticorum diligentiam in re tam neceſſariâ non ferant, putidamque & ſupervacuam appellent. Quod in conjecturis proponendis multò magis locum habet, ſiquidem tam ſubtilis linguarum tamque lubrica ratio eſt, ut meritò prudentioribus ſuſpecta ſint etiam ſpecioſiſſima Criticorum inventa, niſi hoc veritatis argumentum præ ſe ferant, ſintque antiquorum typo & charactere, velut nummi, ſignata.

Si quis porro dubitet, ſitne revera tanta diligentia in Poëtarum lectione adhibenda, neque his rationibus moveatur, antiquorum tamen judicio & conſuetudine procul dubiò movebitur. Neminem latet Grammaticorum Scholas, & multas in Græciâ fuiſſe, & magnâ ſtudioſorum frequentiâ celebratas. Quod & Romæ obtinuiſſe teſtatur, non ignobilis auctor, Suetonius; ſolenniterque ibi prælecta & explicata Latinarum etiam Muſarum ſcripta. Hoc igitur inſtituto, cum neque Græci neque Latini linguam patriam docendi eſſent, quid quæſitum putemus, niſi ut tyrones verborum elegantiam, ſicubi aut tranſlatio minùs obvia, aut callida junctura, aut conſtructio exquiſita occurreret, videre & animadvertere aſſueſcerent. Quo magis illorum imprudentiam mirari neceſſe eſt, qui exiſtimant, unicè in Poëtis ſpectanda eſſe operis œconomiam,

miam, morum imitationem, ſenſuum elegantiam, & ſi quæ alia hujusmodi ſunt; verborum autem curam & contemplationem nihilo plus uſus aut voluptatis, quam in Architectonicâ lapidum, præbere. Ubi primò non vident, ſenſuum elegantiam ſine verborum cultu aut exiſtere aut ſaltem apparere non poſſe; deinde, quoad cætera, exemplis & conſentienti hominum judicio refelluntur. Conſtat enim experientiâ, argumenti & œconomiæ venuſtatem nemini unquam Poëtarum ad famam nominisque æternitatem valuiſſe; multos contra, argumenta non optima, neque optimo ordine tractantes, magnis dicendi virtutibus obtinuiſſe, ut nunquam ſine admiratione legantur. Quo in genere inſigne exemplum eſt Ariſtophanes, in argumentis admodum vitioſus, ſed ingenio & facundiâ nobiliſſimus, adeo ut Plato eum præ ceteris poëtis in deliciis habuerit. Num igitur in ſtudiis negligendum putamus, quod maximum fontem voluptatis continet, eſtque ad ſuffragia hominum conſequenda præ omnibus neceſſarium? Id verò minimè negligendum eſt, neque cura elegantiæ & puritatis omittenda, ſed ita moderanda, ut aliquando etiam œconomiæ & partium diſpoſitionis ratio habeatur. Errant enim, qui exiſtimant in omnibus hoc locum habere, niſi forte neceſſarium ſit, in Poëmatis ſine ullo artificio ſcriptis, qualia ſunt Ariſtophanis Fabulæ, operis univerſi ſpeciem & ſtructuram ſtudioſè contemplari; quo nihil cogi-

tari poteſt inſulſius. Sed ut concedamus, aciem animi ad hæc & ſimilia in quacunque Poëtarum lectione intendi debere, quidni hoc ita fiat, ut Critica ſimul aſſumatur? quidve eum prohibet, qui partes accuratè cognoverit, rectè & prudenter de operis etiam ſummâ judicare?

Hic autem gravis multorum querela occurrit, Poëtarum Interpretes, circa loca difficilia & corrupta hærentes, eaque anxia cura excutientes, tacere interea de vitiis & virtutibus operis, tanquam ad univerſum ſcribendi artificium conniventes. Quibus haud cunctanter reſpondeo, rectè ſapienterque meò judicio facere, qui ſenſum Auctoris inveniſſe & indicaſſe contenti, de cæteris ſuffragium ſuum non interponant. Etenim in iis, quæ non in medio poſita ſunt, ſed vel ſtudio contentiori, vel quodam doctrinæ apparatu, pluriumque locorum collatione indigent, facile aliquis etiam Doctioribus & Acutioribus utilem operam præſtiterit. Verum ubi de comparatione venuſtâ, aut magnificâ deſcriptione, aut morum affectuumque imitatione agitur, quorum tractatio a judicio tota pendet, ecquis eſt cultioris paullò ingenii, qui non ſuos ſenſus conſulere malit, quam a Grammatico, tanquam ad plaudendum ſibilandumve, excitari? Itaque totum hoc genus annotationum meritò jam ab Eruditorum commentariis exulat, neque ab ullis fere expetitur, niſi qui ſupra magiſtrorum dictata non ſapiunt. Eſto autem, non inutile futurum,

ſi quis in hujusmodi rebus tractandis docti aliquid & reconditi immiſcere potuerit, quid tamen neceſſe eſt talia obſervata in Librorum marginibus includi, veteremque Grammaticorum poſſeſſionem invadere? aut quid vetat ea ipſa ſeparatim diſſeri, magno & ſcribentis & legentis commodo, quando & annotationis ſpatium philoſophicæ diſputationis ubertatem non capit, & lectori minùs jucundum eſt a Poëtæ enthuſiaſmo ad Critici ſubtilitatem ſubinde avocari?

Poſtrema eorum ſecta eſt, qui Criticam operis ſervilibus comparant, utilibus quidem iis & vitæ neceſſariis, ſed indignis, quæ ab homine liberali exerceantur. Magnam quidem Criticæ utilitatem, multaque in literas merita eſſe fatentur; tractationem tantùm repudiant, & velut ſterilem & injucundam ad Scholaſticos relegant. Cujus erroris non alia fœcundior cauſa eſt, quam quod multi, quid revera Critica ſit, ignorent, exiſtimentque id nomen non niſi ad Veterum Auctorum emendationem pertinere. Enimvero ſpecies ea, ſive exercitium Criticæ eſt, ſed nec ſolum, nec fortaſſe præcipuum, quod etſi non attigerit, Criticus nihilominùs & ſit, & meritò vocetur, quisquis interpretandi peritiam linguarum & hiſtoriarum cognitioni adjunxerit. Hæc enim vera nobiliſſimæ artis deſcriptio eſt; hinc pretium ejus, hinc uſus, quem in tractando etiam præſtat, æſtimandus. Quamobrem, cum interpretandi ſcientiæ, quicquid ſcriptis con-

continetur, ſubjectum ſit, ſequitur, non Veterum lectione Tyronumque ſtudiis utilitatem ejus circumſcribi, ſed ad quæſtiones graviſſimas vitamque fere omnem complectentes, pertinere. Quod ſi in Utopiâ aliquâ viveremus, ubi Ratio ſola dominetur, facile hac interpretandi facultate carere poſſemus. Nunc Deo Optimo Maximo aliter res humanas ordinare viſum eſt, adeo ut quæ duo maximi inter mortales momenti ſunt, Religionem dico, & Rerumpublicarum regimen, non jam ad Rationis normam, ſed aliam, literis hiſtoriisque conſignatam, exigenda ſint; in quibus neceſſe eſt quæſtiones incidere, quæ interpretandi ſubtilitatem deſiderant. Itaque omnes fere Politicorum & Juriſperitorum controverſiæ eum in modum teſtimoniis refertæ ſunt, verborumque difficultatibus involutæ, ut qui a Criticâ deſtitutus ſit, nullum de iis judicium ferre poſſit, nedum verò ut tractare aut enodare potuiſſet. De Theologiâ autem minimè dubium eſt, quin tota, quanta quanta eſt, Criticæ fundamento innitatur; de quo, coram tali Præſule, etſi Eruditiſſimis tacere verecundius ſit, illud tamen, curſu ipſo atque impetu orationis flagitante, dicendum eſt; qui interpretandi peritiam non habeat, eum, etſi omnes Metaphyſicorum captiones teneat, nihilo magis Theologum eſſe, quam Aſtronomum, qui ſitus aſtrorum neſciat, aut Muſicum, qui ſonorum diſcrimina percipere & ſenſu internoſcere non poſſit.

Quæ cum ita ſint, minimè imitandi ſunt, qui Critici hujus prædii fructus devoraſſe contenti, ſationem culturamque ejus villicis & colonis relinquant; iique potiùs laudandi, qui, quod Socrati olim placuit, factitatumque eſt a Cyro juniore, ordines ſuâ manu dirigant, arboresque etiam conſerant. Etenim in interpretandi diligentiâ, ut in ruſtico illo labore, non tam id ipſum, quod quis in manibus habeat, ſpectandum eſt, quam robur & bona valetudo, vigor denique animi, qui tali exercitio comparatur. Nam, ut ad Philoſophiam tendenti, nihil utilius eſt, quam ſi in Geometriâ diſcendâ, ſingula pedetentim exploret, nec niſi liquidò probatis aſſentiatur, ita in Veteribus legendis, qui non temere quamlibet explicationem arripiat, ſed veras verborum notiones ſcrutetur, ſemperque venuſti aliquid & ſinceri circumſpiciat, is haud dubiè judicium acutius, memoriam exercitatam, magna denique doctrinæ ſubſidia ad graviores diſciplinas quæſtionesque afferet. Nimirum, quod Mathematicæ verè tribuitur, ut ſcientiarum aditus & quaſi janua ſit, id in ſtudiis Philologicis Critica ſibi vindicat, iis dico, quæ Literarum fide Hiſtoriæque monumentis, non Ratione & Philoſophiâ, gubernantur. Quæ cum & civiles diſceptationes & rerum divinarum ſcientiam complectantur, non profectò inepta aut ridicula ars eſt, licet aliter multis viſum ſit, quâ ingenia tot tantisque rebus intelligendis formantur. Quid quod

uſum

uſum dignitatemque ejus etiam exempla quodammodo declarant? Nam ſi quis inter Theologos aut Jurisperitos, aliosve in ſimili genere ſcriptores, qui ſuperioribus ſeculis floruerunt, quærat jam, quorum maximè Libri ætatem tulerint, auctoritatemque & pretium conſervarint, nullum, credo, nomen aut notius iis aut honoratius inveniet, qui rerum cognitioni verborum etiam curam adjunxerunt, accuratèque legendo conſecuti ſunt, ut etiam in ſcribendo accurati eſſent: quales ſunt, ne plures nominem, in Theologiâ Grotius, in Juriſprudentiâ Romanâ, Cujacius.

Atque hic videor mihi, quæ ad Criticæ defenſionem neceſſaria erant, collegiſſe. Supereſt, ut hujus conſilii rationem breviter exponam, multis, ut auguror, miraturis meditatam illam promiſſamque Euripidis Editionem jam in faſciculum Emendationum, Amphoram nempe in Cyathum, abiiſſe. Quibus parata mihi reſponſio eſt, non labore me deterritum, ne in propoſito manerem, ſed officii neceſſitate prohibitum eſſe. Noſtis, Viri Nobiliſſimi, mihique pro Beneficiorum Veſtrorum magnitudine nunquam ſatis colendi, noſtis, inquam, eo tempore, quo auctum me Penſione Radclivianâ ornatumque eſſe voluiſtis, novas mihi partes impoſitas, neque liberum, ut antea, relictum, in quod potiſſimùm genus ſtudiorum animo & cogitatione incumberem. Eo igitur munere honeſtatus, etſi otii mei rationem & Vobis & Reipu-

blicæ reddendam eſſe intellexi, ad Medicinam autem propiùs penitiùsque cognoscendam, non magis officio quam cupiditate rapiebar, deliberavi tamen aliquandiu, an laboris mei fructum, mediocrem fortasſe, ſed tamen ipſo labore mihi commendatum, intercipi atque interire ſinerem; deinde, re propiùs attentiùsque inſpectâ, eundem fere errorem in libris edendis intercedere comperi, qui ædificare cogitantibus plerumque obverſari ſolet. Nam ut ii, in ratione impenſarum ineundâ, multa aut incuriâ aut propter ignorantiam omittunt, quæ dies poſtea uſusque deſiderat; ita in editionibus veterum adornandis nova impedimenta, novi laboris aliquid, quod provideri non poterat, identidem occurrit, adeoque, quod leve in initio videbatur, non niſi temporis diſpendio maximo graviſſimoque abſolvitur. Quamobrem, cum in tale me pelagus committere non auderem, ægrèque interea ferrem, omnem mihi Criticum apparatum tenebras & oblivionem ſpectare, nihil aptius viſum eſt, quam ut partem annotationum mearum ſeligerem publicaremque, quæ, ſi nihil aliud, induſtriæ ſaltem ſpecimen, voluntatis monumentum præberent.

De hoc autem conſilio, cum poſtea deliberarem, non tam deterritus ſum imprimendi conditionibus, quas paullò duriores propoſitas eſſe videbam, quam occaſione delectatus, Veſtram in me voluntatem, Veſtra beneficia prædicandi. Emolumenti

id

id loco ponebam; theſaurum eſſe putabam; geſtiebam pietatem meam notam omnibus & probatam facere, exteris nationibus declarare, literis & memoriæ conſignare. Quippe omnibus, qui paullò humanioris ingenii ſunt, ſuavis & jucunda eſſe ſolet beneficii accepti commemoratio; nullisque ad hoc rationum momentis, nullo utilitatis ſtimulo indigemus, ipſâ nimirum admonente & impellente naturâ. Mihi verò, etſi hoc animi inſtinctu carerem, neque me Benignitas Veſtra deliniiſſet, magno tamen pretio redimendum eſſet, ne quis Εὐεργέτας meos ignoraret. Quorum quidem nomina cum memoriâ apud me recenſeo, felicitatem meam mirari non deſino, qui quicquid in omni fere genere lectiſſimum habet Britannia, Lumen Eccleſiæ, Nobilitatis Florem, Jurisprudentiæ Oracula, Statores denique Reipublicæ, quocunque meo in literis vel profectu vel diligentiâ demereri potuerim. Simul illud ſoleo cogitare, Veſtram quidem Virtutem dignam eſſe quæ ab omnibus celebretur, non tamen omnes dignos, qui talis, tam illuſtris cœtûs præcones ſint. Itaque morem Dedicantium malui deſerere, quam Veſtris laudibus meam tenuitatem immiſcere, minimè alioqui diligentiam eorum improbans, qui excellentia virtutum exempla oratione effingentes, in veſtibulo operis, tanquam ſtatuas, omnium ſeculorum contemplationi proponunt. Quanquam hæc, ni fallor, fortunæ tenui & in ob-

ſcuro degenti utiliora: Vos, quorum vita velut in ſpeculâ collocata eſt, Laudatricem habebitis, unam inſtar omnium, Hiſtoriam; quæ ſi tranquillitatem Eccleſiæ, Civium concordiam, Reipublicæ Triumphos ſine ullâ Veſtri mentione commemoraverit, facilem tamen conjecturam poſteris præbitura eſt, quales quantique fuerint, quorum operâ & conſiliis hæc omnia gubernata, adminiſtrata, effecta ſint. Mihi igitur quid reſtat, niſi ut privatæ pietatis officio, vota, non mea duntaxat, ſed bonorum omnium communia adjungam; nempe, ut Deus, pro tantis in Patriam Regemque Optimum meritis, Veſtrûm uniuscujusque vitam, quantùm virtute ſpectabilis eſt, diuturnitate & felicitate invidendam faciat, Vosque Patriæ incolumes ſervet, Patriam Vobis, beneficiorum memoriâ devinctiſſimam.

Roterodami, Menſe Martio, MDCCLXII.

EXER-

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 28. *in fine Cap.* 9. *adde:* Simillimum porrò, quoad ſenſum, eſt, quod alibi Agamemnoni tribuitur, Iph. in Aul. v. 1264, 1265.

> Μέμηνε δ' Ἀφροδίτη τις Ἑλλήνων στρατῷ
> Πλεῖν ὡς τάχιστα βαρβάρων ἐπὶ χθόνα.

Pag. 41. l. 4. veracundiorque: *lege*: verecundiorque.
Pag. 48. l. 18. *poſt:* Helen. v. 1552. *adde*: præ omnibus verò Oppianum Halieut. I. v. 191. & 229.
Pag. 60. l. 10. *πέκνον*: *lege:* *τέκνον*.
Pag. 78. l. 16. *δυσαμμερίας*: *lege:* *δυσαμερίας*.
Pag. 88. l. 6. heroicis: *lege:* in heroicis.

EXERCITATIONUM

IN

EURIPIDEM

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

Non poſſum quin a Grammaticis quibusdam eruditis diſſentiam, qui contendunt Tragicos in ſecundâ quartâque Jamborum ſede nunquam Anapæſtos adhibuiſſe. Quam meam diſſenſionem quum jam olim in præfatione ad Hippolytum ſignificaſſem, attuliſſemque ex Sophocle hæc duo exempla;

> Τῶν μὲν παρόντων, τῶν δὲ πεπυσμένη λόγῳ ——
> Τραχινίαν τε δειράδα, καὶ τὸν εὔεργον ——

certior poſtea factus ſum a Cl. Valckenaerio in altero horum verſuum reſcripſiſſe Scaligerum:

> Τῶν μὲν παρόντων, τὰ δὲ πεπυσμένη λόγοι ——

in altero Muſarum delicias, & nunc quidem deſiderium, Pierſonum:

> Τραχινίαν τε δειράδ', ἢ τὸν εὔεργον ——

Enimvero utramque harum emendationum ita mihi probabilem videri fateor, ut niſi in aliud exemplum incidiſſem, idque minùs, ni fallor, caſtigationi obnoxium, de totâ hac quæſtione in poſterum tacuiſſem. Sed ſi Anapæſti ex paribus Jamborum locis perpetuò ejiciendi ſunt, quid, obſecro, faciemus huic, quem in Troaſin habemus, verſui?

—— —— οὐδέ σ' αἱ τύχαι, τέκνον,
Σεσωφρονίκασιν, ἀλλ' ἔτ' ἐν ταυτῷ μένεις.
Troad. v. 349, 350.

Certum eſt penultimam vocis σεσωφρονίκασιν produci, ne quis [φρονίκας] tribrachyn eſſe exiſtimet. Certum etiam antepenultimam corripi, ne quis reponendum cenſeat σεσωφρονίκασ'. Audaciorem verò mutationem adeo non poſtulat locus, ut propemodum etiam vetet, ſiquidem nihil in eo aut redundet, aut deſit; nihil porrò durè inuſitatèque, aut quovis modo vitioſè dicatur. Atque hæc fortaſſe Criticis æquioribus ſatisfecerint; ſed extitere nonnulli, quibus Anapæſtus in ſecundo loco omnium vitiorum inſtar eſt. Hi non dubito quin locum quoquomodo reformaturi ſint; quod nemini ſanè difficile eſſe poteſt, qui elegantiam & perſpicuitatem, aut non omnino, aut parum curioſè, ſectatur. Quos verbo oratos dimittam; ſcilicet, ut niſi veteris ſcripturæ ſuavitatem conjecturâ exæquent, patienter ferant me, cùm famam Auctoris, tùm fidem etiam Manuſcriptorum, contra novam hanc atque adeo ſuſpectam legem tueri. Peropportunè autem factum eſt, ut dum hæc ſcribo, in alium etiam locum inciderim, non multò minoris in hac quæſtione ponderis. Extat is Iph. in Aul. v. 1193.

—— —— τίς γὰρ καὶ προσβλέψεται
Παίδων σ', ἐὰν αὐτῶν προθέμενος κτάνῃς τινά;

Ter-

Tertium denique addo ex Oreſt. v. 35. ubi ex octo MSS. Pariſienſibus ſic reſcripſerim:

> Ἐντεῦθεν ἀγρίᾳ συντακεὶς νόσῳ νοσεῖ
> Τλήμων Ὀρέστης, ὅδε πεσὼν ἐν δεμνίοις
> Κεῖται, τὸ μητρὸς δ' αἷμά νιν τροχηλατεῖ ——

Pro ὅδε Edd. Ald. & Vulg. ὁδὲ, quod qui probant, velim explicent.

CAPUT II.

Dixeram, Augmentum ab Euripide omiſſum eſſe in verſu, ſi quis alius, ſano atque integro, hunc ſimul e Bacchis apponens,

> Ἡ δ' ἴχνος αὐταῖς ἀρβύλαις· γυμνοῦτο δὲ ——

Neque unquam credideram fore, ut hujus exempli vis quovis modo minueretur. Quod contra quam ſperaveram accidit; ſiquidem Vir cum paucis Eruditus, Emendationum in Suidam auctor, vocalem υ ante μν corripi poſſe, allato Epicharmi teſtimonio nuperrimè oſtendit, unde levi mutatione ſic Euripidem corrigit;

> Ἡ δ' ἴχνος αὐταῖς ἀρβύλαις· ἐγυμνοῦτο δὲ ——

Conjecturam hanc, parùm alioquin probabilem, firmare videtur etiam Euripidis verſus ex Iphigeniâ priori, in quo vox Ἀγαμέμνων penultimam neceſſariò corripit;

> Στρατός τ' Ἀχαιῶν, Ἀγαμέμνων τ' ἄναξ ἐμοῦ ——
> v. 1573.

Sed neque ſic cauſam antiquæ lectionis deſero, quæ integra haberi debet, ſi aliis exemplis conſti-

terit, Augmentum aliquando in Tragicorum Jambis omitti. Age igitur, videamus.

Et primum quidem ex Hecubâ deſumptum ſit: v. 580.

Οὐκ εἶ τι δώσων τῇ περισσ' εὐκαρδίῳ
Ψυχήν τ' ἀρίστῃ; τοιάδ' ἀμφὶ σῆς ΛΕΓΟΝ
Παιδὸς θανούσης —— ——

Narrat hìc Talthybius voces Græcorum de Polyxenâ. Itaque λέγον quoad ſenſum optimè convenit. Videant proinde Eruditi, an propter Augmenti omiſſionem reſcribendum ſit λέγω, quod unicum hoc vitio immune invenire potui:

—— —— τοιάδ' ἀμφὶ σῆς λέγω
Παιδὸς θανούσης —— ——

Bellam ſanè perorandi formulam, *Talia dico de Polyxenâ!* quamque mirum eſt Euripidem non alibi inculcaſſe, cum, mutato nomine, omnem fere ῥῆσιν claudere potuerit, eodem jure quo hìc Talthybianam.

Alterum porrò ſuppeditat Iph. in Tauris v. 53.

Κἀγὼ τέχνην τήνδ', ἣν ἔχω, ξενοκτόνον
Τιμῶσ' ΥΔΡΑΙΝΟΝ αὐτὸν ——

Erunt fortaſſe qui de ὑδραίνειν cogitent, ad formam clauſulæ præcedentis. Mihi hoc in novâ Periodo (planè enim nova a voce κἀγὼ inchoatur) valdè invenuſtum videtur; cum præſertim illic a tertiâ perſonâ, ἔδοξε, pendeat conſtructio; hìc contra, ad primam, ἔδοξα, referenda ſit.

Reſtant duo e Bacchis:

—— Ἃς ἀνῆκ' αὐταῖς θεός.
ΝΙΨΑΝΤΟ δ' αἷμα ——
v. 765, 6.

Re-

Reſtitui quidem poteſt Augmentum legendo, τὸ δ᾽ αἷμ᾽ ἔνιψαν. Sed præterquam quod nimis a MSS. ea lectio recedit, dubitari poteſt, an rectè hoc loco diceretur νίπτειν αἷμα. Bacchæ nimirum ipſæ ſibi ſaniem abluebant, unde exigere videtur vel linguæ ratio, vel ſcriptorum elegantiorum uſus, non activam vocem νίπτειν, ſed mediam νίπτεσθαι. Itaque hæc conjectura, ſi quis eam præ vulgatâ malit, exemplorum confirmatione indigebit.

Ultimum itidem, ut dixi, e Bacchis eſt:

> —— —— φῶς σεμνοῦ πυρός.
> ΣΙΓΗΣΕ δ᾽ αἰθὴρ, σῖγα δ᾽ εὔλειμος νάπη
> Φύλλ᾽ εἶχε —— —— ——
>
> v. 1081, 2, 3.

Antepenultimam vocis σίγησε produci, ſatis docebit Phœniſſ. v. 967.

> Κρέον, τί σιγᾷς, γῆρυν ἄφθογγον χάσας;

Reſtat igitur ut legant, qui Augmenti omiſſionem non ferunt;

> Αἰθὴρ δ᾽ ἐσίγα, σῖγα δ᾽ εὔλειμος νάπη
> Φύλλ᾽ εἶχε —— —— ——

Quod vix puto probaturos, qui vel minimam euphoniæ rationem habent.

Dicent fortaſſe, qui his exemplis urgeri ſe ſentiunt, parum eſſe ex tot millibus verſuum quatuor aut quinque afferre, nec quidquam momenti habere in conſuetudine tantùm non perpetuâ tam paucas aberrationes. Qui ſic cogitant, hanc reſponſionem ferant; non quid potiſſimùm ſecuti ſint Poëtæ, a me nunc diſputari, ſed quid aliquando ſibi permiſerint. Quare non exemplorum paucitatem debere ſpectari, ſed an idonea ſint, & integræ auctoritatis. Nam ut Virgilium nemo dubitat, vocalium eliſionem non ubique in fine vo-

cum ſervaſſe, etſi hoc vix ultra quinquies in operibus ejus occurrat, ita nihil cauſæ eſt, cur non in Græcorum ſcriptis examinandis pari teſtium numero contenti ſimus; ſaltem donec conſtiterit Græcos vel religionem quandam in ſcribendo adhibuiſſe, vel majorem, quam Virgilium, diligentiam.

Cæterùm, quia paullò ante locum ex Euripide attuli, ubi penultima vocis Ἀγαμέμνων corripitur, nunc verò alias etiam ſyllabas, in quibus conſonantes μπ, μφ, μπλ, vocalibus brevibus ſubjiciuntur, ſimili licentiâ uſurpatas fuiſſe video, ſingulorum exempla quæ ad manum ſunt, apponam; & primum quidem ex Leonidæ Epigrammate, Antholog. Lib. VI. pag. 412.

Εὐκαμπὲς ἄγκιστρον, καὶ δούρατα δολιχόεντα ——

Idem Euripidis etiam uſu confirmatur Hecub. v. 464.

10. Φασὶν Ἀπιδανὸν —— Stroph.
10. Χρυσέαν ἄμπυκα —— Antiſtr.

Nec diſſimile eſt Ariſtophanis στεμφύλων, Anapæſti locum obtinens, Equit. v. 803.

Καὶ χίδρα φαγὼν ἀναθαῤῥήσῃ, καὶ στεμφύλων εἰς λόγον ἔλθῃ ——

Nec illud denique Æſchyli Eumenid. v. 937.

Τὰ γὰρ ἐκ προτέρων ἀμπλακήματά νιν ——

Unde facile reſtituitur locus mendoſus Iphigeniæ in Aulide. Legendum utique v. 124.

Καὶ πᾶς Ἀχιλλεὺς λέκτρων ἀμπλακὼν ——

Vul-

Vulgò λέκτρ' ἀμπλακών. Item alius Alceſtidis v. 241. ubi legendum:

> Ὃς μέγ' ἀρίστης ἀμπλακὼν ἀλόχου ———

Non, ut vulgati, ἐς ἀρίστης.

CAPUT III.

Coactus a Valckenaerii ſententiâ diſcedere, idque in compluribus Phœniſſarum locis, non dubito, quin facilis mihi excuſatio apud Virum Eruditiſſimum, eundemque Humaniſſimum futura ſit; utpote qui neque famæ ſuæ metuere poteſt, neque ignorare omnino rationem hanc conjectandi non multum a guſtuum naturâ diſcretam eſſe, de quibus infinita & inexplicabilis diſſenſio eſt. Inter alia contigit, ut locum de agri Thebani ſitu & naturâ, nondum viſo elegantiſſimo ejus Commentario, diverſâ ratione tentarim. Dederant ibi Libri meliores: v. 645—651.

> ——— οὗ κατοικίσαι
> Πεδία μὲν τὸ θέσφατον
> Πυροφόρα δόμων ἔχρησε
> Καλλιπόταμος ὕδατός ἵνα τε
> Νοτὶς ἐπέρχεται γύας
> Δίρκας χλοηφόρους
> Καὶ βαθυσπόρους.

Veriſimile hic videbatur πεδία μὲν πυροφόρα, membrum eſſe, & quidem prius, latentis cujusdam oppoſitionis; quæ ſuſpicio, cum propter particu-

lam μὲν arridere cœpiſſet, alterum ſic ſupplevi:

—— —— νομὸν δ' ἔχρησε
Καλλιπόταμον ὕδατος, ἵνα τε ——

Præceſſerat *campos frugiferos.* Ecquid ergò aptius ſubſequi, quam *paſcua fluviis bene rigata*? Convenit hoc regioni Thebanæ, duobus inſignioribus fluviis, Aſopo ſcilicet & Iſmeno, beatæ: convenit etiam oppoſitioni, quum ſequentia exhibent inter χλοηφόρους γύας & βαθυσπόρους. Locutio pleonaſmum ſapit, neque in eâ vocem ὕδατος, ſi abeſſet, deſideres; verùm neque βίου in πολυκτήμων βίου, quod tamen maluit Euripides Jon. v. 581. præ ſimplici πολυκτήμων. Et hæc quidem mea ratio eſt; aliis fortaſſe magis placuerit, poſt καλλιπόταμον interpungere, & ὕδατος cum ſequentibus connectere. At ſi καλλιπόταμος legas, & ad Dirces humorem referas, non video quomodo id cum innumeris veterum locis conciliari poſſit, Dircen hanc non *fluvium* fuiſſe teſtantibus, ſed *fontem.* Confer Ovid. Metam. Lib. II. v. 239. Scrupulus reſtat de metro, quaſi verſus ſic emendatus [πυροφόρα, νομὸν δ' ἔχρησε] non reſponderet ἀντιστοίχῳ; quod ut verum ſit, eadem tamen emendationis & priſcæ lectionis cauſa eſt. Nunc hac defenſione non utimur; nam ſi verum ſit, de quo infra diſputabimus, Bacchium Amphimacro in Choricis metris æquipollere, unius literulæ adjectio rem expediet, diviſis utique hac ratione verſibus:

Πυρο / φόρα νομὸν δ' / ἔχρησε —— Stroph.
Κάδμος / ὤλεσεν / μαρμάρου —— Antiſtr.

Sed ut hoc relinquamus: In varietatibus ſcripturæ colligendis utiliſſimam Viri Eximii operam gratus agnoſco, quo in genere cum unum locum diligentia ejus prætermiſerit, minus id miror, quam in tam multis pervigilaſſe. V. 1520. dederat Aldina

dina προκλαίω, item v. 1522. δακρύοισιν ἰαχήσω. Interjecto verſu legerat Scholiaſtes μονάδα, a μονὰς, μονάδος. Tacetur de his omnibus in Ed. Valckenaeriana, quod factum nollem, cum magnum in loco declarando momentum habere poſſint, habeantque revera, modo conſtent noſtræ rationes, ex quibus ſic legendum eſt:

Τίς ἄρ' ὄρνις, ἢ δρυὸς, ἢ
Ἐλάτας ἀκροκόμοις
Ἀμφὶ κλάδοις ἑζομένα
Μονομάτορος ὀδυρμοῖς ἐμοῖς
Ἀχήσει συνῳδὸς
Αἴλινον; αἰάγμασιν
Ἃ τοῖσδε προκλαίω
Μονάδ' αἰῶνα, διάξουσα
Τὸν ἀεὶ χρόνον ἐν λειβομένοις
Δακρύοις. τίν' ἰαχήσω;
Τίν' ἐπὶ πρῶτον ἀπὸ χαίτας
Σπαράγμασιν ἀπαρχὰς βαλῶ;

ἀχήσει pro ἄχεσι conjecturâ duce reſtituo, Sophocle tamen & Euripide uſum vocis adfirmantibus. vid. Trachin. v. 879 Jon. v. 883. Ex conjecturâ item δακρύοις. τίν' ἰαχήσω; pro δακρύοισιν ἰαχήσω, idque favente Heſychio, qui ἰαχήσω per θρηνήσω explicat. Eſt autem venuſta, & affectibus commovendis apta quæſtionis repetitio:

——— τίν' ἰαχήσω;
Τίν' ἐπὶ πρῶτον ἀπὸ χαίτας
Σπαράγμασιν ἀπαρχὰς βαλῶ;

Reſtant plura in eadem Tragœdia animadvertenda, quæ aliis locis proferentur.

CAPUT IV.

Solenne Manuſcriptorum vitium eſt, ut in omni genere ſcriptionis, quod quidem perſonis diſtinguitur, perſonarum nomina vel omittant, vel alieno in loco apponant. Quod etſi nemini mirum videri debet, quippe cum vix ſperandum ſit, recurrentibus ſexcenties iisdem nominibus, ut non aliquando titubent, qui exſcriptorum munere funguntur, tamen aliæ ſunt cauſæ, quæ in veterum Auctorum ſcriptis ſpiſſiùs paullò hoc errorum genus diſſeminarunt. Nam cum uſu receptum eſſet perſonarum notas minio, vel diverſo certè atramento appingere, quod tum demùm fiebat, poſtquam libri ex ſcribarum manibus exiiſſent; factum eſt ſubinde ut hoc penitus omiſſo, ſine ullis notis emptoribus traderentur; unde magna poſtea confuſio, cum res anceps & ſubtilis, qualis eſt Dramatum in partes diſtributio, ex Lectoris judicio penderet. Idem prorſus eveniebat, evaneſcentibus poſt longum tempus nominibus, cum reliquum tamen libri, propter atramenti præſtantiam, facile ætatem pateretur. Atque hinc proculdubio derivanda eſt perſonarum omiſſio, quam in Manuſcriptis Euripidis per dimidium ſæpe paginæ, interdum etiam per integras paginas obtinere comperi, unde ſaltem apparet, præter oculos manusque Librariorum, alias depravationum cauſas, & latiùs quidem patentes, aliquando interceſſiſſe. Cæterùm confuſionis hujusce, undecunque natæ, nimis multa apud Euripidem exempla ſunt; quæ, quia conjunctim expoſita minùs dubitationis relinquent, de conjecturis hujus generis uno atque altero capite ſeparatim agere viſum eſt. Initium autem a Phœniſſis faciemus, quâ in fabulâ nobile virtutis exemplum eſt Menœceus, Creontem, fugæ auctorem, ſimulatâ aſſenſione eludens. Is ipſe nimirum locus eſt

eſt in quo turbant MSSti, diſtributis in hunc modum perſonis: v. 992—999.

Κρ. Ἐγὼ πορεύσω χρυσόν. Μεν. εὖ λέγεις, πάτερ.
Κρ. Χώρει νυν. Μεν. ὡς σὴν πρὸς κασιγνήτην μολὼν
Ἧς πρῶτα μαστὸν εἵλκυσ᾽ (Ἰοκάστην λέγω)
Μητρὸς στερηθεὶς, ὀρφανός τ᾽ ἀποζυγεὶς
Προσηγορήσων εἶμι καὶ σώσω βίον.
Κρ. Ἀλλ᾽ εἶα χώρει· μὴ τὸ σὸν κωλυέτω.
Μεν. Γυναῖκες, ὡς εὖ πατρὸς ἐξεῖλον φόβον,
Κλέψας λόγοισιν, ὥσθ᾽ ἃ βούλομαι τυχεῖν.

Hic ſi perſonarum nomina verè adſcripta ſunt, quid cauſæ eſſe dicemus, cur Creon, alterâ jam vice filio, ut diſceſſum maturet, admonito, ipſe priùs, nullo rogante aut monente, e ſcenâ diſcedat? Contra cum Menœcei conſilium, ex Poëtæ rationibus, Choro aperiendum eſſet, ecquid magis conſentaneum, quam ut hic Patrem amoliri ſtudeat? quidve adeo aptius, quam ut continuatâ Menœcei perſonâ, ita demum oratio conſtituatur?

Κρ. Ἐγὼ πορεύσω χρυσόν. Μεν. εὖ λέγεις, πάτερ.
Χώρει νυν, ὡς σὴν πρὸς κασιγνήτην μολὼν
Ἧς πρῶτα μαστὸν εἵλκυσ᾽ (Ἰοκάστην λέγω)
Προσηγορήσων, εἶμι καὶ σώσω βίον.
Ἀλλ᾽ εἶα χώρει· μὴ τὸ σὸν κωλυέτω.
Γυναῖκες, ὡς εὖ πατρὸς ἐξεῖλον φόβον,
Κλέψας λόγοισιν, ὥσθ᾽ ἃ βούλομαι τυχεῖν.

Venuſtas hujus diſpoſitionis præ alterâ in ſecundo ſaltem verſu evidentiſſima eſt, ubi mirum eſt Viros Eruditos nullam antea exilitatem aut ſcabritiem animadvertiſſe;

Κρ. Χώρει νυν. Μεν. ὡς σὴν πρὸς κασιγνήτην μολὼν —

Fefellit

Fefellit etiam, quod minùs miror, προσηγορήσων non cum εἶμι conjungendum eſſe, ſed cum μολών. *Μολὼν προσηγορήσων cùm primùm ſalutatum iero εἶμι καὶ σώσω βίον ibo ſcilicet tum, & vitæ conſulam.*

Complectitur hæc emendatio verſus complures; itaque non mirum ſi magnam ad ſententiæ perſpicuitatem vim habeat. Aliàm nunc dabimus, brevi ſanè ambitu circumſcriptam, neque eam tamen contemnendæ utilitatis. Iphigeniæ prioris initium eſt, in quo Agamemnonem mandata ad Clytæmneſtram exponentem hac interea quæſtione interpellat Nuncius: v. 124—127.

Καὶ πῶς Ἀχιλεὺς λέκτρων ἀμπλακὼν
Οὐ μέγα φυσῶν θυμὸν ἐπαρεῖ
Σοὶ σῇ τ' ἀλόχῳ;
Τόδε καὶ δεινὸν σήμαιν' ὅ, τι φής.

Ultimi horum verſuum ægrè, ut nunc legitur, ſenſum adſequaris: non item, ſi bifariam ſectus, perſonis etiam additis locupletetur;

Αγ. Τόδε καὶ δεινόν. Πρ. σήμαιν' ὅ, τι φής.

Poſterioris clauſulæ obvia interpretatio eſt, & neſcio ſanè an unica; *clariùs, quod dicis, explica.* Recte hoc, ſi Agamemnonis ῥῆσιν excipit, eam præſertim, quæ vel novam dubitationem ſerebat, vel priorem ſaltem non eximebat. Incommodè contra accidere, ſi initium verſûs Nuntio tribuatur, etiam verbo monere ſupervacuum eſt.

Progredior jam ad Troadum initium, ubi ne longiores ſimus, ſemel tàntùm locum de quo agitur, deſcribam. Eſt autem is in primo Chori ingreſſu, ſeptemque ſuper quadraginta verſus juxta calculum vulgarem complectitur, a v. ſc. 153. ad v. 199. qui, niſi vanus ſum judicii, ſic diſtribuendi erant;

Ἡμιχ.

Ἡμιχ. Ἑκάβη, τί θροεῖς; τί δὲ θωΰσσεις;
Ποῖ λόγος ἥκει; διὰ γὰρ μελάθρων
Ἄιον οἴκτους, οὓς οἰκτίζῃ.
Διὰ δὲ στέρνων φόβος ἀΐσσει
Τρῳάσιν, αἳ τῶνδ' οἴκων εἴσω
Δουλείαν αἰάζουσιν.
Ἑκα. Ὦ τέκν', Ἀργείων πρὸς ναῦς ἤ-
δη κινεῖται κωπήρης χείρ.
Ἡμιχ. Οἴ 'γὼ τλάμων.
Τί θέλουσ'; ἦπου δή με τάλαιναν
Ναυσθλώσουσιν πατρῴας ἀπὸ γᾶς.
Ἑκα. Οὐκ οἶδ'. εἰκάζω δ' ἄταν.
Ἡμιχ. Ἰὼ, ἰὼ 13
Μέλεαι, μόχθων ἐπακουσόμεναι,
Τρῳάδες, ἔξω κομίσασθ' οἴκων·
Στέλλουσ' Ἀργεῖοι νόστον.
Ἑκα. Ἒ, ἔ.
Μὴ νυν μοὶ τὰν βακχεύουσαν
Κασάνδραν πέμψασθ' ἔξω,
Αἰσχύναν Ἀργείοισι
Μαινάδ', ἐπ' ἄλγεσι δ' ἀλγυνθῶ.
Ἰώ.
Τροία, Τροία δύσταν', ἔρρεις.
Δύστανοι δ' οἵ σε λιπόντες,
Καὶ ζῶντες, καὶ δμαθέντες.
Χο. Οἴμοι, τρομερὰ σκηνὰς ἔλιπον
Τάσδ' Ἀγαμέμνονος, ἐπακουσομένα,
Βασίλεια, σέθεν, μή με κτείνειν
Δόξ' Ἀργείων κεῖται μελέαν,
Ἢ κατὰ πρύμνας ἤδη ναῦται
Στέλλονται κινεῖν κώπας.
Ἑκα. Ὦ τέκνον, ὀρθρεύουσαν ψυχὰν
Ἐκπληχθεῖσ' ἦλθον φρικᾷ. 33
Ἤδη τις ἔβα Δαναῶν κῆρυξ;

Χο. Τῷ, προσκειμένη δούλα τλάμων;
Ἑκα. Ἐγγύς που κεῖσαι κλήρου.
Χο. Ἰὼ, ἰώ.
Τίς μ᾽ Ἀργείων, ἢ Φθιωτᾶν
Ἢ νησαίαν ἄξει χώραν
Δύστανον πόῤῥω Τροίας;
Φεῦ, φεῦ.
Ἑκα. Τῷ, δ᾽ ἁ τλάμων; ποῦ, ποῦ γαίας
Δουλεύσω γραῦς, ὡς κηφὴν, ἁ
Δειλαία νεκροῦ μορφᾶ,
Νεκύων ἀμενηνὸν ἄγαλμ᾽, ἢ
Τὰν παρὰ προθύροις φυλακὰν κατέχουσ᾽
Ἢ παίδων θρέπτειρ᾽, ἃ Τροίας
Ἀρχαγοὺς εἶχον τιμάς;
Χο. Αἶ, αἶ. Ἑκα. ποίοισιν δ᾽ οἴκτοις
Τὰν σὰν λύμαν ἐξετάσεις;
Χο. Οὐκ Ἰδαίοις ἱστοῖς κερκίδα ——

Reſtant adhuc nonnulla, de quibus monendus eſt Lector; ut primò, quod initium hujus Excerpti emendatiùs hìc quam in Editis legatur, id partim Manuſcripti Harleiani beneficium eſſe, partim Florentini, cujus Excerpta ἐπακουσόμεθαι (v. 13.) pro ἐπακουσόμεθα ſuppeditabant; ſecundo Semichorum pro Choro, ad v. quidem 13. ejusdem Harleiani auctoritate reſtitutum eſſe, idque fiduciam mihi feciſſe, ut alibi etiam reſtituerem; deinde tertiò, vocem ἦλθον (v. 33.) procul dubiò mendoſam eſſe, ſed de emendatione nondum mihi conſtare, niſi forte verum ſit ἰλύθην, de quo tamen non contenderim.

Majus aliquanto eſt, vel longiùs ſaltem diffunditur, vitium, quod Bacchas inſedit. Nobilis ejus fabulæ pars eſt Pentheus ab acerrimâ Baccharum inſectatione eò ſenſim traductus, ut habitum & fæminæ, & Bacchantis induat. Id omne in Aldinâ perſonarum confuſione turbatum eſt, quod

quod tamen eò levius incommodum eſt; quia in ſingulis fere partibus ſuperſunt veræ diſtributionis indicia. Eam, (quæ breviſſima ratio eſt) integram primùm exhibebo, deinde indicia, quibus maximè agnoſcitur, annotationibus ſubjectis exponam. Ita igitur locum conſtituo:

Bacchæ v. 786—848.

Διο. Πείθῃ μὲν οὐδὲν τῶν ἐμῶν λόγων κλύων,
Πενθεῦ, κακῶς δὲ πρὸς σέθεν πάσχων, ὅμως
Οὔ φημι χρῆναι σ' ὅπλ' ἐπαίρεσθαι θεῷ,
Ἀλλ' ἡσυχάζειν· Βρόμιος οὐκ ἀνέξεται
Κινοῦντα βάκχας εὐΐων ὀρῶν ἄπο.
Πεν. Οὐ μὴ φρενώσεις μ', ἀλλὰ δέσμιος φυγὼν
Σώσῃ τόδ'; ἢ σοι πάλιν ἀναστρέψω δίκην.
Διο. Θύοιμ' ἂν αὐτῷ μᾶλλον, ἢ θυμούμενος
Πρὸς κέντρα λακτίζοιμι, θνητὸς ὢν, θεῷ.
Πεν. Θύσω· φόνον γε θῆλυν, ὥσπερ ἄξιαι,
Πολὺν ταράξας ἐν Κιθαιρῶνος πτυχαῖς.
Διο. Φευξεῖσθε πάντες· κ' εἰ τόδ' αἰσχρὸν, ἀσπίδας
Θύρσοισι βακχῶν ἐκτρέπειν χαλκηλάτους.
Πεν. Ἀπόρῳ γε τῷδε συμπεπλέγμεθα ξένῳ,
Ὃς οὔτε πάσχων, οὔτε δρῶν, σιγήσεται.
Διο. Ὦ 'τὰν, ἔτ' ἔστιν εὖ καταστῆσαι τάδε.
Πεν. Τί δρῶντα; δουλεύοντα δουλείαις ἐμαῖς;
Διο. Ἐγὼ γυναῖκας δεῦρ' ὅπλων ἄξω δίχα.
Πεν. Οἴμοι· τόδ' ἤδη δόλιον εἴς με μηχανᾷ.
Διο. Ποῖόν τι; σῶσαι σ' εἰ θέλω τέχναις ἐμαῖς.
Πεν. Ξυνέθεσθε κοινῇ τάδ', ἵνα βακχεύητ' ἀεί.
Διο. Καὶ μὴν ξυνεθέμην, τοῦτό γ' ἴσθι, τῷ θεῷ.
Πεν. Ἐκφέρετέ μοι δεῦρ' ὅπλα, σὺ δὲ παῦσαι λέγων.
Διο. Ἆ.
Βούλει σφ' ἐν ὄρεσι συγκαθημένας ἰδεῖν;
Πεν. Μάλιστα· μυρίον γε δοὺς χρυσοῦ σταθμόν.

Διο. Τί δ᾽ εἰς ἔρωτα τοῦδε πέπτωκας μέγαν;
Πεν. Λυπρῶς νιν εἰσίδοιμ᾽ ἂν ἐξοινωμένας.
Διο. Ὅμως δ᾽ ἴδοις ἂν ἡδέως ἅ σοι πικρά;
Πεν. Σάφ᾽ ἴσθι· σιγῇ γ᾽ ὑπ᾽ ἐλάταις καθήμενος.
Διο. Ἀλλ᾽ ἐξιχνεύσουσίν σε, κἂν ἔλθῃς λάθρα.
Πεν. Ἀλλ᾽ ἐμφανῶς· καλῶς γὰρ ἐξεῖπας τόδε.
Διο. Ἄγωμεν οὖν σε, κἀπιχειρήσεις ὁδῷ;
Πεν. Ἄγ᾽ ὡς τάχιστα· τοῦ χρόνου δέ σ᾽ οὐ φθονῶ.
Διο. Στεῖλαί νυν ἀμφὶ χρωτὶ βυσσίνους πέπλους.
Πεν. Τί δὴ τόδ᾽; εἰς γυναῖκας ἐξ ἀνδρὸς τελῶ;
Διο. Μή σε κτάνωσιν, ἢν ἀνὴρ ὀφθῇς ἐκεῖ.
Πεν. Εὖ γ᾽ εἶπας αὐτὸ, καί τις εἶ πάλαι σοφός.
Διο. Διόνυσος ἡμᾶς ἐξεμούσωσεν τάδε.
Πεν. Πῶς οὖν γένοιτ᾽ ἂν, ἃ σύ με νουθετεῖς, καλῶς;
Διο. Ἐγὼ στελῶ σε δωμάτων εἴσω μολών.
Πεν. Τίνα στολήν; ἦ θῆλυν; ἀλλ᾽ αἰδώς μ᾽ ἔχει.
Διο. Οὐκέτι θεατὴς μαινάδων πρόθυμος εἶ.
Πεν. Στολὴν δὲ τίνα φὴς ἀμφὶ χρῶτ᾽ ἐμὸν βαλεῖν;
Διο. Κόμην μὲν ἐπὶ σῷ κρατὶ ταναὸν ἐκτενῶ.
Πεν. Τὸ δεύτερον δὲ σχῆμα τοῦ κόσμου τί μοι;
Διο. Πέπλοι ποδήρεις, ἐπὶ κάρᾳ δ᾽ ἔσται μίτρα.
Πεν. Ἦ καί τι πρὸς τοῖσδ᾽ ἄλλο προσθήσεις ἐμοί;
Διο. Θύρσον τε χειρὶ, καὶ νεβροῦ στικτὸν δέρας.
Πεν. Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολήν.
Διο. Ἀλλ᾽ αἷμα θήσεις, συμβαλὼν βάκχαις μάχην.
Πεν. Ὀρθῶς· μολεῖν χρὴ πρῶτον εἰς κατασκοπήν.
Διο. Σοφώτερον γοῦν, ἢ κακοῖς θηρᾷν κακά.
Πεν. Καὶ πῶς δι᾽ ἄστεος εἶμι, Καδμείους λαθών;
Διο. Ὁδοὺς ἐρήμους ἴμεν, ἐγὼ δ᾽ ἡγήσομαι.
Πεν. Πᾶν κρεῖσσον, ὥστε μὴ γελᾷν βάκχας ἐμοί.
Διο. Ἐλθόντ᾽ ἐς οἴκους, ἃ ᾽ν δοκῇ, βουλεύσομεν.
Πεν. Ἔξεστι· πάντῃ τό γ᾽ ἐμὸν εὐτρεπὲς πάρα.
Στείχοιμ᾽ ἄν· ἢ γὰρ ὅπλ᾽ ἔχων πορεύσομαι,
Ἢ τοῖσι σοῖσι πείσομαι βουλεύμασιν.

Διο.

Διο. Γυναῖκες, ἀνὴρ εἰς βόλον καθίσταται,
Ἥξει δὲ βάκχας, οὗ θανὼν δώσει δίκην.
Διόνυσε, νῦν σὸν ἔργον· οὐ γὰρ εἶ πρόσω·
Τισώμεθ' αὐτὸν ——

1—5. Primam hanc ῥῆσιν, quam cum multis deinde aliis Nuncio tribuunt, facile Baccho vindicamus ex verbis [κακῶς δὲ πρὸς σέθεν πάσχων] quæ vincula paullò ante Deo injecta reſpiciunt. Idem, ne quid dubii reſtet, etiam Penthei tangit reſponſio. Neque mirabitur Euripidis ſtudioſus, vinculorum & carceris contumeliæ obnoxium fuiſſe Deum, cum per maximam fabulæ partem non ſe Deum profiteatur, ſed Ducem duntaxat & Antiſtitem Bacchantium; talemque omnino, qualem alibi Pentheus depingit;

Λέγουσι δ' ὥς τις εἰσελήλυθε ξένος
Γόης, ἐπῳδὸς, Λυδίας ἀπὸ χθονὸς,
—— —— —— —— —— ——
Ὃς ἡμέρας τε καὶ εὐφρόνας συγγίγνεται,
Τελετὰς προτείνων εὐίους νεάνισιν.

8, 9. Hoc iterum Diſtichon Nuncio tribuunt, eſtque ſanè ejusmodi, in quâ, niſi re diligentiùs examinatâ, hærere aliquis poſſet. Si quis verò reputet, Pentheum nuncio paullò ante mandaſſe, iret quam ociſſimè ad portas Electras, neque ab eo reſponſionem tuliſſe, quod in priori annotatione oſtendimus; intelliget profectò nullas hic Nuncii partes eſſe, utpote ad mandata Domini exequenda digreſſi. Confer v. 23. Ex quibus etiam apparet, reliquum hujus ſcenæ, Choro tacente, inter Pentheum & Bacchum dividendum eſſe.

12, 13. Connectunt hoc Diſtichon Editi cum præcedenti, continuatâ Penthei perſonâ: ubi mirum eſt connivere adhuc oculos Eruditorum ad vitium tam inſigne potuiſſe. Superſedeo plura in

re manifeſtâ dicere, illud tantùm monens, Aldinam non κ' εἰ legere, ſed καὶ, quod hìc nullo modo convenit.

14, 15. Nuncium hic revocant Editi, a Pentheo, ut ſupra dixi, ad copias contrahendas dimiſſum.

16. Continuant & hic Nuncii perſonam. Legunt etiam ὅταν, pro quo rectè Scaliger, ὦ 'τάν. Sic nonnunquam ad reges loquebantur. Jolaus ad Demophöontem. Heraclid. v. 322.

> Ἐγὼ δὲ καὶ ζῶν, καὶ θανὼν, ὅταν θάνω,
> Πολλῷ σ' ἐπαινῶ Θησέως, ὦ 'τάν, πέλας,
> Ὑψηλὸν αἴρω. ——

Quod reliquum eſt ſcenæ, etiamſi Nuncium præſentem eſſe concedamus, facillimè expeditur. Cum enim appareat non niſi unam perſonam cum Pentheo deinceps interloqui, illam non Nuncium eſſe, ſed Bacchum, ex his verſibus intelligitur;

> 18. Ἐγὼ γυναῖκας δεῦρ' ὅπλων ἄξω δίχα.
> 33. Ἄγωμεν οὖν σε, κἀπιχειρήσεις ὁδῷ;
> 39. Διόνυσος ἡμᾶς ἐξεμήνυσεν τάδε.
> 55. Οὐδεὶς ἐρήμους ἴμεν, ἐγὼ δ' ἡγήσομαι.

59. Hic denique in Editis (defecerant autem MSSti jam inde a v. 750.) Nuncii perſona præfigitur, rectè a Pierſono Veriſim. p. 129. deleta.

61, 62. Horum verſuum ordinem mutavi. Vulgò ſic exhibent:

> Ἥξει δὲ Βάκχας οὐ θανὼν δώσει δίκην.
> Γυναῖκες, ἀνὴρ εἰς βόλον καθίσταται.

De perſonis diſputans, dicere interea omiſi de locis quibusdam aliter hic deſcriptis, quam vulgò leguntur. Sic v. 10 Ὃς dedi pro ὡς. v. 22. τοῦτο γ' ἴσθι

γ' ἴσθι pro τοῦτό γ' ἐστι. v. 31. ἔλθῃς pro θέλῃς præeunte Pierſono; v. demum 51. εἶμα ex Amici conjectura pro αἷμα.

Suppetunt plura perſonarum immutatione reſtituenda; ſed quia Lectorem ſatis in hoc curriculo tenuimus, ad alia nunc progredimur.

CAPUT V.

Fingit Euripides hanc optionem Andromachæ a Menelao dari, ut ſi ipſa ſe cædi obtuliſſet, filio ejus parceretur; ſin adhuc ſe loci, quem inſederat, ſanctitate tueretur, tum ut hic vices matris moriendo impleret. Quod cum audit mulier calamitoſiſſima, non ultra iræ dolorive temperat, ſed cùm Menelaum incuſat, tùm vitam fortunasque ſuas luctuoſiſſimâ oratione proſequitur:

Androm. v. 397 —— 407.

Ἀτὰρ τί ταῦτ' ὀδύρομαι, τὰ δ' ἐν ποσὶν
Οὐκ ἐξικμάζω καὶ λογίζομαι κακά;
Ἥτις σφαγὰς μὲν Ἕκτορος τροχηλάτους
Κατεῖδον, οἰκτρῶς τ' Ἴλιον πυρούμενον,
Αὐτὴ δὲ δούλη ναῦς ἐπ' Ἀργείων ἔβην,
Κόμης ἐπισπασθεῖσ', ἐπεὶ δ' ἀφικόμην
Φθίαν, φονεῦσιν Ἕκτορος νυμφεύομαι.
Τί δῆτ' ἐμοὶ ζῆν ἡδύ; πρὸς τί χρὴ βλέπειν;
Πρὸς τὰς παρούσας, ἢ παρελθούσας τύχας;
Εἷς παῖς ὅδ' ἦν μοι λοιπὸς, ὀφθαλμὸς βίου.
Τοῦτον κτενεῖν μέλλουσιν ——

Tota ῥῆσις & ſenſibus elegans, & verbis dilucida eſt; neque deſunt tamen quæ in eâ nonnihil me morentur. Præpoſterum quippe & ſubabſurdum eſt, Andromachen, præteritorum malorum

contemplationi primò renunciare, deinde eodem ſpiritu ad ea ipſa delabi, atque ordine, uti quæque fere acciderant, recenſere. Neque illud ſanè multò commodius, quòd, poſtquam omnem doloris materiem in duo quaſi capita diſtribuiſſet, præteritorum ſcilicet & præſentium malorum, ad illud quod ordine & naturâ poſterius erat, ſtatim ſe convertat, alterum ne verbo quidem commemoret. Itaque videor mihi non magnam Euripidi injuriam illaturus, ſi hoc potius modo locum conſtituam:

Τί δῆτ' ἐμοὶ ζῆν ἡδύ; πρὸς τί χρὴ βλέπειν;
Πρὸς τὰς παρούσας, ἢ παρελθούσας τύχας;
Ἥτις σφαγὰς μὲν Ἕκτορος τροχηλάτους
Κατεῖδον, οἰκτρῶς τ' Ἴλιον πυρούμενον,
Αὐτὴ δὲ δούλη ναῦς ἐπ' Ἀργείων ἔβην
Κόμης ἐπισπασθεῖσ', ἐπεὶ δ' ἀφικόμην
Φθίαν, φονεῦσιν Ἕκτορος νυμφεύομαι.
Ἀτὰρ τί ταῦτ' ὀδύρομαι, τὰ δ' ἐν ποσὶν
Οὐκ ἐξικμάζω καὶ λογίζομαι κακά;
Εἷς παῖς ὅδ' ἦν μοι λοιπὸς, ὀφθαλμὸς βίου.
Τοῦτον κτενεῖν μέλλουσιν ——

Favent huic ſuſpicioni etiam Scholia, circa initium quidem mendoſa, ſed ut appareat tamen quis olim verſuum ordo obtinuerit. Recitatur utique in primæ annotationis fronte; τί δῆτ' ἐμοὶ ζῆν —— Præceſſit igitur in exemplari, quo unus ſaltem Interpretum uſus eſt. Ipſa deinde annotatio recepto verſuum ordini accommodata eſt; ut veriſimile ſit duo diverſorum Auctorum Scholia hic confuſa eſſe. In fine porrò ſubjicitur; τὰ δὲ πλησίον ὄντα κακὰ οὐ δακρύω, καὶ ἀναζητῶ. Hoc iterum nobis favet; pertinet quippe ad verſum οὐκ ἐξικμάζω. Diſertiora ſunt ſequentia: ἀρχὴν δὲ ποιεῖται τοῦ θρηνεῖν τὸ, τί δῆτ' ἐμοὶ ζῆν. Poſtremò, quod hìc ultimum ferè conſtituo τὰ δ' ἐν ποσὶν οὐκ ἐξικμάζω, idem

idem in Scholiis non niſi poſt reliquorum interpretationem abſolutam explicandum ſuſcipitur. Hæc igitur cum haud dubiè oſtendant exemplaria, quibus uſi ſunt Scholiaſtæ, non omnia in vulgari ordine conſenſiſſe, ſed aliqua ſaltem hunc noſtrum ſecuta eſſe, nihil cauſæ video, cur alia Manuſcriptorum teſtimonia expectemus. Quæ enim ratio commendat, non magnum utique ſubſidium auctoritatis deſiderant.

CAPUT VI.

Docent veteres Grammatici vocem τάλις, a Sophocle in Antigonâ uſurpatam, non Atticam eſſe, ſed Æolicam. Sophocli igitur nulla religio fuit, quò minùs peregrinum atque inſolens vocabulum in ſcenam Atticam produceret: num majorem Euripidi fuiſſe credimus, vel eum aliquâ neceſſitate prohibitum, quæ in Sophoclem non cadebat? Equidem non vanis argumentis comperiſſe mihi videor, eum unam alteramque vocem ab eadem gente mutuatum eſſe. Exemplum eſt, ſi vel deeſſent alia, non facile refellendum, Iph. in Tauris v. 343.

Εἶεν· σὺ μὲν κόμιζε τὰς ξένους μολών.
Τὰ δ᾽ ἐνθάδ᾽ ἡμεῖς ΟΙΑ φροντιώμεθα.

Emendat Reiskius ὅσια, quod, ni fallor, ab iis quæ ſequuntur, alienum eſt. Declarare enim quem animum & in mactatos olim hoſpites habuiſſet, & in alios deinceps habitura eſſet, deinde cauſas hujus mutationis exponere, easque a propriâ infelicitate repetere, non eſt id profecto *ritus ſacrorum meditari*, τὰ ὅσια φροντίζειν, ſed mœrori & triſtium contemplationi vacare. Optimè conveniret δεινὰ, niſi eandem vim haberet, Æolum quidem linguâ, οἶα. Heſychius: Οἶα, τὰ

δεινά. Αἰολεῖς. Debemus autem huic gloſſæ, præter illum Iphigeniæ locum, etiam alium e Rheſo probabiliter explicatum, quem ut facilius Lectori judicium ſit, integrum adſcribam:

Rheſ. v. 436 —— 442.

Ἥκω περάσας ναυσὶ πόντιον στόμα,
Τὰ δ' ἄλλα πεζὸς γῆς περῶν ὁρίσματα,
Οὐχ, ὡς σὺ κομπεῖς τὰς ἐμὰς ἀκουσίδας,
Οὐδ' ἐν ζαχρύσοις δώμασιν κοιμώμενος,
Ἀλλ', οἷα πόντον Θρήκιον φυσήματα
Κρυσταλλοπηκτα, Παίονας τ' ἐπεζάρει,
Ξὺν τοῖσδ' ἀύπνοις ΟΙΑ τλας πορπάμασιν.

Pro οἷα τλὰς legunt ex Manuſcripto Vaticano οἶδα τλὰς. Atqui nec οἶδα nec alii cuicunque verbo locus eſſe poteſt poſt tam longam participiorum ſeriem. Ecce enim nexum periodi: ἥκω περάσας: περῶν: οὐ κοιμώμενος: ἀλλ' οἶδα τλὰς. Satisne perſpicimus οἶδα ſic poſitum, ſententiæ curſum reſtingere? Sit autem uſitatum, quod ſanè dicitur, οἶδα ἔχων, οἶδα πεποιηκὼς, vel etiam οἶδα τλὰς, at non minùs, credo, δεινὰ τλὰς, μέλεα τλὰς, & ſimilia. Deinde iſtæ locutiones vim habent Latinorum *fateor me habere*, *fateor feciſſe*, juxta quod οἶδα τλὰς vertendum eſſet *fateor me perpeſſum eſſe*; at profectò non *fatebatur* iſta Rheſus, ſed ultrò ad confutandum adverſarium afferebat. Servandum igitur οἷα τλας, i. e. δεινὰ τλὰς, & quod ad vocem ἀύπνοις attinet, vel legendum cum Jo. Toupio, Viro Eruditiſſimo, Emend in Suid. p. 51. ἀπλοΐτοις, vel manuſcriptorum ſubſidium exſpectandum. Minus certè placet, quod in Vaticano eſt, ἄϋπνος.

Probe autem factum eſt, quòd in priori exemplo aſſerendo omnes MSStos auctores, in altero autem, non niſi unum diſſentientem habuimus. Jam verò in tertio, quod ex Electrâ daturi ſumus

mus v. 625. etiam majore felicitate uti licet; ſiquidem vocem Æolicam & metrum ibi poſtulat, & tres MSSti reponi jubent. Dederat Editio princeps, Victoriana ſcilicet:

Νύμφαις ἰπόρσυν' ἑορτὴν, ὡς ἔδοξέ μοι.

Quod cum metrum nullo modo reciperet, variè conjecturis Eruditorum tentatum eſt. Recenſere eas ſuperſedeo, quia ſi MSStis Pariſienſibus fides, legendum:

Νύμφαις ἰπόρσυν' ἔροτιν, ὡς ἔδοξέ μοι.

Ita diſertè duo Manuſcripti: tertius, quod eodem redit ἔρωτιν. Addit porro unus interpretamentum in margine, ἑορτὴν, Αἰολικῶς, quod, ut mendi originem aperit, ita noſtram de vocibus Æolicis ſententiam luculentiſſimè confirmat. Vox ἔροτις occurrit in Oraculo antiquo apud Phlegontem Trallianum, de Olympiis p. 140. ed. Meurſ.

—— θῆκε δ' ἔπειτ' ἔροτιν καὶ ἔπαθλα θανόντι
Οἰνομάῳ· τρίτατος δ' ἐπὶ τοῖς παῖς Ἀμφιτρύωνος
Ἡρακλῆς ἐτέλεσσ' ἔροτιν καὶ ἀγῶν' ——

Heſychius: Ἐροτὶν. ἑορτήν. Κύπριοι. ubi vide Interpretes.

CAPUT VII.

Dubitationem injicit Vir ingenii laude ſpectatiſſimus L. C. Valckenaerius, an extet in Sophocle vel Euripide legitimum figuræ Colophoniæ exemplum: nomen id figuræ eſt, in quâ Dativus pro Genitivo uſurpatur. Cui ut quadantenus ſatisfaciam, nonnulla hic congerere inſtitui,

commodæ facilisque interpretationis, ſi ad hanc formam dicendi referantur, ſed quæ aliâ ratione vix ac ne vix quidem expedias. Ab Oreſte auſpicium faciam v. 1468.

> Φυγᾷ δ' ποδὶ τὸ χρυσεοσάνδαλον
> Ἴχνος ἔφερεν, ἔφερεν.

Quid hoc expeditius, ſi ἴχνος ποδὶ pro ἴχνος ποδὸς accipimus? quid contra intricatius, ſi iſtam conſtructionem damnamus?

Simile eſt quod ſuppeditant Bacchæ v. 310.

> Μὴ τὸ κράτος αὔχει δύναμιν ἀνθρώποις ἔχειν.

Solennis planè formula eſt τὸ κράτος ἔχειν. Herodotus: τὸ Περσέων κράτος ἔχοντα p. 232. l. 95. Ed. Weſſ. iterumque ἐπεί τε δὲ Πέρσαι ἔχουσι τὸ κράτος p. 255. l. 70. confer. Euripid. Bacch. v. 1035. Helen. 68. Herc. Fur. 464. Eſt igitur ſubjectum propoſitionis δύναμιν ἀνθρώποις, quod ex vi figuræ Colophoniæ pro δύναμιν ἀνθρώπων accipiendum erit. Ponamus jam ſcripſiſſe Euripidem, vel aljum quemvis Veterum, μὴ δόκει δύναμιν ἀνθρώπων [vel ἀνθρωπίνην] τὸ κράτος ἔχειν, num quid hìc obſcuri aut inepti agnosceremus? At neque in verſu, credo, quem citavi, ex figurâ Colophoniâ explicato.

Recurrit eadem licentia Bacch. v. 697.

> —— καὶ καταστίκτους δορὰς
> Ὄφεσι κατεζώσαντο λιχμῶσαν γένυν.

Horum una tantùm conſtructio eſt, juxta quam dativus ὄφεσι genitivi vicem obtinet, ſiquidem ex uſu communiori dicendum erat ὄφεων γένυν, in quo eſt iterum Synecdoche partis pro toto.

Addo locum ex Sophoclis Antigonâ, interpunctione pravâ in Editis turbatum:

An-

Antigon. v. 869.

Ἔψαυσας ἀλγεινοτάτας
Ἐμοὶ μερίμνας
Πατρὸς, τριπόλιστον οἶκτον,
Τοῦ τε πρόπαντος
Ἁμετέρου πότμου
Κλεινοῖς Λαβδακίδαισιν.

Dediſſet, ſi lævia ſectari maluiſſet, κλεινῶν Λαβδακιδᾶν. Porro quod a reliquis ſeparavi, τριπόλιστον οἶκτον, ſine regimine ponitur, ut ſæpe accuſativos videas. Inſigne in Anthologiâ exemplum eſt Lib. III. cap. 12. p. 228.

Οἰκτρὸν γὰρ, οἰκτρὸν φίλαν σε καὶ ἐν φθιμένοις Μελέαγρος Αἰάζω, κενεὰν εἰς Ἀχέροντα χάριν.

CAPUT VIII.

Auctor non ignobilis Ælianus, duos verſus cum dimidio ex Euripidis Iphigeniâ affert; qui ad priorem quidem Iphigeniam manifeſtè pertinent, ſed inter ea quæ ſuperſunt, neque extant, neque omninò extare potuerunt. Locus Æliani eſt de Animal. Lib. VII. c. 39. Verſus autem ita ſe habent;

Ἔλαφον δ' Ἀχαιῶν χερσὶν ἐνθήσω φίλαις
Κεροῦσσαν, ἣν σφάζοντες αὐχήσουσι σὴν
Σφάζειν θυγατέρα ———

Hæc dubitari non poteſt quin a Dianâ enunciata ſint Jam verò Dianæ perſona, cum Prologo in hac præſertim Tragœdiâ convenientiſſima ſit, verſenturque hi verſus, ut & multi apud Euripi-

ripidem Prologi, in prædictione rerum futurarum, magna exinde oritur ſuſpicio, fragmentum hoc ex vero Prologo, quem proinde nunc deſideramus, deſumptum eſſe. Accedit etiam, quòd ſyſtema Anapæſticum nuſquam alibi ab Euripide in initio Tragœdiæ poſitum ſit; nam Rheſi quidem Prologus itidem intercidit, teſtante fabulæ Argumento, prout in MSStis exhibetur. Hoc, ut dixi, ſuſpicionem noſtram confirmat; ſed video obſtare, quòd Diana, cujus perſonæ unicè accommodata eſt oratio, & Agamemnonem alloqui videatur, & eo ſermone utatur, qui de ſummo rei exitu omnem & dubitationem & curam ſuſtuliſſet. Verùm neque iſti ſcrupulo magnam vim tribuo. Fieri enim poteſt, ut quæ citavit Ælianus, ad Agamemnonem vel abſentem, vel non audientem, dicta ſint: cujus rei cùm multa exempla apud alios auctores, tùm nonnulla apud Euripidem habemus. vid. Iph in Taur. v. 378. Herc. Fur. v. 171. & ſeq. Hecub. v. 55. Atque hoc demum, rationibus utrinque ſubductis, proximum veritati crediderim.

Habet porrò aliquid in hanc partem momenti, quòd vox ἄθραυστα, quam ex hac fabulâ citat Heſychius, nuſpiam inter ea quæ ſuperſunt, inveniatur. Quòd cum dico, non ignoro ſcilicet aliter hoc accipi poſſe, ut factum eſt a Viro conſummatæ eruditionis, Tib. Hemſterhuſio, qui pro ἄειστα v. 57. reponi jubet ex Heſychio ἄθραυστα:

—— τῆς τύχης ὅπως
Ἅψαιτ' ἄθραυστα ——

Atqui hæc conjectura vix, credo, Viro Eruditiſſimo in mentem veniſſet, niſi gloſſæ Heſychianæ locum paullò cupidiùs quæſiviſſet. Primò enim ἄειστα & perſpicuum eſt & ſenſui non incommodum. Deinde nec ἄθραυστα ſatis ad veterem ſcripturam accedit, nec ſatis uſitatum eſt ἄθραυστα ἅψασθαί τινος; niſi veriùs dixeris invenuſtum

nuſtum & duriuſculum eſſe. Ergo una, ni fallor, emendandi ratio erat, quòd Heſychio auctore cognoverat, vocem ἄθραυτα alicubi in Iphigeniâ extitiſſe, quæ jam concidat neceſſe eſt; poſtquam Prologum Tragœdiæ deſiderari tantùm non certis argumentis confecimus.

CAPUT IX.

Vana & ridicula exceptio eſt, quâ utitur apud Euripidem Agamemnon, ut Helenæ procos jurisjurandi, quod præſtiterant, vinculo ſolutos eſſe oſtendat. Dicit enim Deum, quem in jurando adhibuerant, ipſum tantùm fuiſſe, quam quiſque de Helenâ potiundâ conceperat:

Iph. in Aul. v. 391. & ſeq.

Ὤμοσαν τὸν Τυνδάρειον ὅρκον οἱ κακόφρονες
Φιλόγαμοι μνηστῆρες· ἡ δέ γ' ἐλπὶς, οἶμαι μὲν, θεὸς,
Κἀξέπραξεν αὐτὸ μᾶλλον, ἢ σὺ, καὶ τὸ σὸν σθένος.

Clarius hoc, quod ex tribus MSStis repoſui, quam quod dant vulgatæ, ἐξέπραξεν. Quæ ſequuntur & mendoſa & mutila ſunt:

Οὓς λαβὼν στράτευέ γ'· οἶμαι δ' εἴσῃ μωρίᾳ φρενῶν
Τοὺς κακῶς παγέντας ὅρκους, καὶ συνηναγκασμένους.

Εἴσῃ nimirum ſpondeus eſt, quem in quinto loco non recipit metrum Trochaicum. Proximum deinde verſum Stobæus Tit. XXVIII & Theoph. ad Autol. Lib. II. alio præpoſito ſic exhibent:

Οὐ γὰρ ἀσύνετον τὸ θεῖον, ἀλλ' ἔχει συνιέναι
Τοὺς κακῶς παγέντας ὅρκους, καὶ κατηναγκασμένους.

Perſpicua hæc & venuſta & Euripide digna. Hoc igitur tanquam lumine adjuti, ad priora re-

ſpiciarius. Dicit Agamemnon, probè intelligere numen, jusjurandum quo ſe obſtringi putant principes Græciæ, coactum fuiſſe; neque adeo exigere ut fidem exſolvant. Conſequens eſt; non dico legitimum, ſed perſonæ ſatis accommodatum: *Ergo, ut hoc faciant, propriâ tantùm ſtultitiâ impellantur.* Sed illud Euripides, ordine enthymematis inverſo, ita, ni fallor, poſuit:

Οὓς λαβὼν στρατεύεται, οἷ μαίνει σφε μαργία φρενῶν·
Οὐ γὰρ ἀσύνετον τὸ θεῖον, ἀλλ' ἔχει συνιέναι
Τοὺς κακῶς παγέντας ὅρκους, καὶ κατηναγκασμένους.

Novum videri poteſt μαίνει, cùm οἷ, mutationem loci ſignificante, conjunctum. Sed defendit non diſſimilis uſus in ἐξέμηνα' δωμάτων Bacch. v. 36. favente etiam, quod ibidem paullò ante occurrit;

Τοὶ γάρ νιν αὐτὰς ἐκ δόμων οἴστρησ' ἐγώ.

C A P U T X.

In emendatione veterum Auctorum inprimis ſpectari ſolet, an conjectura receptæ ſcripturæ ſimilitudinem præ ſe ferat; cujus rei ea vis eſt, ut iis quæ commodè alioqui cogitata ſint, facilem firmamque aſſenſionem conciliet; non, quod nonnullis placet, ut ſtatim repudianda ſint, quæ hac ſimilitudine deſtituuntur. Dici vix poteſt, inter receptam veramque lectionem, quantum nonnunquam diſcrimen ſit; ut in Electrâ v. 632. ubi cum Oreſtes de Ægiſthi ſervis ita pro votis ominatus eſſet;

Ἡμῖν δ' ἂν εἶεν, εἰ κρατοῖμεν, εὐμενεῖς ——

reſpondet Pædagogus, ſecundùm vulgatas Editiones;

Λέξω γὰρ ἴδιον τοῦτο, σοὶ δὲ σύμφορον.

Hic ſi pro *λέξω* ex conjecturâ reponerem *δύλων*, neſcio ſanè an Eruditis probarem, propter inſignem ſcripturæ diverſitatem. Ita nihilominùs legendum eſſe confirmant MSSti, quorum unus *ἄλλων* exhibet, alius verò *δίλων*. Jam quod hìc contigiſſe videmus, ut integræ lectionis ſedem vox diſſimillima occuparet, quidni putemus, etiam aliis in locis obtinere potuiſſe, ubi MSSti errorem non arguunt?

Nolim hæc ita intelligi, quaſi eorum licentiam probem, qui de Manuſcriptorum veſtigiis minimè ſolliciti, quidlibet ex quolibet effingunt; quo nihil aut inſanius eſſe poteſt, aut ad veterum Auctorum corruptelam pernicioſius. Sed incidunt loci, ubi res ipſa, ductusque ſententiæ, unam aliquam vocem neceſſariò poſtulant, alias omnes aſpernantur; quod cum fit, non admodùm ſpectanda eſt literarum ſimilitudo. Ejusmodi eſt is, quem noviſſimè ex Electrâ citavi. Ejusmodi complures apud Euripidem, quos, quia eadem emendandi ratio eſt, hìc univerſos ſubjiciam. Primum autem e Cyclope exemplum ſit, ubi Ulyſſes narrationem eorum, quæ in antro Polyphemi tranſigebantur, ab hoc verſu inchoat;

Ἐπεὶ πετραίαν τήνδ' εἰσήλθομεν χθόνα ——

Hìc quis dubitet, quin pro *χθόνα* reponendum ſit *στέγην*? concinente præſertim v. 491, qui hanc ipſam locutionem voce mutatâ exhibet. Contra ejusdem fabulæ v. 91. pro *στέγην* reponendum eſt *χθόνα*:

—— *οὐκ ἴσασι δεσπότην*
Πολύφημον, οἷός ἐστιν, ἄξενον χθόνα
Τήνδ' ἐμβεβῶτες ——

Vulgò

Vulgò ἄξενον στέγην. Sed neque Græcè dicitur ἐμβαίνειν στέγην, neque Ulyſſes cum ſociis ſpeluncam intraverant, quippe nunc primùm e litore in conſpectum prodeuntes.

Tranſeo jam ad Bacchas, ubi Pentheus, ſacrorum Bacchicorum Antiſtitem, Deum utique ipſum, alloquens, ſic cæſariem ejus depingit: vv. 455, 6.

Πλόκαμός τε γὰρ σοῦ ταναὸς, οὐ πάλης ὑπὸ,
Γένυν παρ' αὐτὴν κεχυμένος, πόθου πλέως.

Omnia hìc expedita præter unum comma, οὐ πάλης ὑπὸ, pro quo ſine controverſiâ ſcribendum eſt, οὐ παλης πνέων, *luctam non redolens.* Strato Antholog. ined. Ep. 167.

Οὐ τέρπουσι κόμαι με, περισσότεροί τε κίκιννοι,
Τέχνης οὐ φύσεως ἔργα διδασκόμενοι.
Ἀλλὰ παλαιστρείτου παιδὸς ῥύπος ὁ ψαφαρίτης,
Καὶ χροιὴ μελέων σαρκὶ λιπαινομένη.
Ἡδὺς ἀκαλλώπιστος ἐμὸς πόθος, ἡ δὲ γοῆτις
Μορφὴ θηλυτέρης ἔργον ἔχει Παφίης.

Γοῆτις pro γυῆτις ex correctione Salmaſii eſt, teſtante exemplari, quod meis uſibus indulſit Nobiliſſimus Meermannus.

Porrò, ex ſententiæ itidem ductu corrigendum eſt, quod in Medeâ Nuncius ad Dominæ conſolationem affert; v. 1015;

Θάρσει· κρατεῖς τοι καὶ σὺ πρὸς τέκνων ἔτι.

Poſſent hæc utcunque explicari; ſed priùs videndum quomodo ſe habeat Medeæ reſponſio:

Ἄλλους κατάξω πρόσθεν ἡ τάλαιν' ἐγώ.

κατάξω hic eſt *ad inferos deducam*, quo etiam ſenſu de Mercurio apud Pindarum uſurpatur;

Βρότεα σώματα κατάγει
Κοίλαν πρὸς ἀγυίαν
Θνασκόντων ——

Alius porro vocis κατάγειν ſenſus eſt, Thucydidi Hiſtoricisque fere omnibus frequentatus, juxta quem, exules in patriam reducti, καταγέγαται εἰς τὴν πατρίδα, vel etiam ſimpliciter καταγέγαται, dicuntur. Jam quoniam Medeæ reſponſio ad præcedentem verſum accommodari debet, num omnino dubitari poteſt, quin hoc modo ſcripſerit Euripides?

Παιδ. Θάρσει· κατάξῃ καὶ σὺ πρὸς τέκνων ἔτι.
Μηδ. Ἄλλους κατάξω πρόσθεν, ἡ τάλαιν᾿ ἐγώ.

Confirmatur hic uſus Futuri medii ab Æſchylo Agamemn.

Ἄξῃ, κρατηθεὶς δ᾿ ἡμερώτερος φανῇ.

Apparet etiam ex Euripide, Atticos Futuris mediis paſſive uſos eſſe, etiam eorum verborum, quorum Futurum activum in uſu fuit, Bacch. 952, 3.

—— ἐλάταισιν δ᾿ ἐμὸν κρύψω δέμας.
Διο. Κρύψῃ σὺ κρύψιν, ἥν σε κρυφθῆναι χρεών.

Hæſiſſe vero in eodem verbo Medeam præ ceteris indicat vox ἄλλους, cujus emphaſin & elegantiam, imo ſenſum etiam, in veteri lectione fruſtra quæras. Contra in repetitionibus venuſtè adhibetur, ut Iph. in Aul. v. 659.

Ἰφ. Ὄλοιντο λόγχαι, καὶ τὰ Μενέλεω κακά.
Ἀγ. Ἄλλους ὀλεῖ πρόσθεν, ἃ με διολέσαντ᾿ ἔχει.

Cor-

Correctionum, quas hoc capite expoſui, una conditio eſt, ut, niſi neceſſitatis commendationem habeant, omni præterea ſpecie deſtituantur. Quod in eam pariter valet, quam nunc prolaturus ſum. Perſpecto jam Medeæ de jugulandis liberis conſilio, percullus rei atrocitate Chorus, his eam verbis ex Manuſcriptorum fide alloquitur:

Med. v. 856 — 859.

Πῶς δὲ θράσος [ἢ φρενὸς, ἢ]
Χειρὶ τέκνων σέθεν
Καρδίᾳ τε λήψῃ,
Δεινὰν προσάγουσα τόλμαν;

Hìc quod uncis incluſi, ἢ φρενὸς ἢ, ſupplementum videtur eſſe correctoris, qualis non ita pridem erat Barneſius. Scripſit, ni fallor, Euripides:

Πῶς δὲ θράσος ἐνθεμένα ———

Conſtructio eſt: πῶς δὲ ἐνθεμένα θράσος χειρὶ καρδίᾳ τε, τέκνων σέθεν λήψῃ, δεινὰν τόλμαν προσάγουσα; τόλμαν in poſtremâ hac clauſulâ interpretor *facinus*, τὸ τόλμημα, non, quod aliquando ſignificat, *audaciam*. ἐνθεμένα confirmare videtur Scholion adjectum; τίς σε ὁ τῶν πάντων πείσας [λογισμὸς] τοσοῦτον θράσος ΕΝΘΕΙΝΑΙ τῇ σαυτῆς ψυχῇ κ. τ. λ. Sed cum hæc annotatio valdè confuſa ſit, nec facilè appareat, quò quæque clauſula referenda ſit, non multum hinc ponderis ſuſpicioni noſtræ accedit, cujus maximum ſubſidium eſt lumen, quod toti ſententiæ affundit.

Quoniam verò permultum intereſt ad fidem Lectori faciendam, ut appareat vel origo cujusque depravationis, vel ratio qua exiſtere potuit; cavebo ſanè, quantum fieri poteſt, ne ſine cauſâ, quod in Epicureis olim reprehenſum eſt, vel ato-

atomi declinationem poſuiſſe exiſtimet. Non repugnat igitur quin in iis locis, quos tam inſigniter vitiatos eſſe oſtendimus, vel atramenti affuſio, vel alia aliqua cauſa, veram lectionem penitus deleverit, quam cum poſtea reſtituendam ſuſciperent homines indocti, hiſtriones puta, quorum maximè intererat nihil hians aut imperfectum relinqui, factum exinde eſt ut reciperetur, quod vel metro ſoli, vel ne metro quidem conveniret. Quod ne cui incredibile, aut Hypotheſeos gratià arceſſitum videatur, non inutile erit locum ex Heraclidis afferre, hac ipſà ratione manifeſtè depravatum. Dederat Auctor v. 627. ut disertè exhibent Manuſcripti Pariſienſes;

Ἄξια μὲν πατρὸς,
Ἄξια δ' εὐγενίας τάδε γίνεται.

Quid hìc mihi Aldina, Editique dehinc omnes? Nempe, ſi Diis placet, ἄξια δ' ἀδελφῶν τάδε γίνεται. Quod profectò non caſui debetur, ſed ſciolo, qui ſibi, credo, plaudebat, oppoſitionem hanc inter πατρὸς & ἀδελφῶν, qualemcunque tandem, reſtituens.

CAPUT XI.

Longiſſimè videntur a vero aberraſſe, Viri ſanè & acuti & eruditi, qui hunc Jonis locum tractarunt:

v. 593, 4.

Καὶ τοῦτ' ἔχων τοὔνειδος ἀσθενὴς ὢν ἂν
Μηδὲν καὶ οὐδὲν ὢν κεκλήσομαι.

Nam ſi quis hæc cum ſequentibus diligentiùs conferat, intelliget, ni fallor, Jonem ex duplici

ſuppoſitione argumentari, quarum alteram in proximis verſibus exponit;

> Ἢν δ' εἰς τὸ πρῶτον πόλεως ὁρμηθεὶς ζυγὸν
> Ζητῶ τις εἶναι ——

Debet igitur altera eſſe, *ſi privato loco contentus, nihil novi moliatur.* Atqui hoc non incommodè exprimetur, ſi locum de quo agitur ita conſtituamus:

> Καὶ τοῦτ' ἔχων τοὔνειδος, ἀσθενὴς μένων,
> Μηδὲν ΤΕ ΚΙΝΩΝ, οὐδὲν ἂν κεκλήσομαι.

Quoniam verò pulcherrimam hanc ῥῆσιν attigi, pergam, quod ejus reliquum eſt, eadem operâ emendare. Et primò quidem occurrit συγχέας ἔχῃς, quod accipiunt quaſi eſſet συγχέῃς, quæ non minùs differunt, quam præteritum ſubjunctivi *everteris* a præſenti *evertas*; deinde nec metro ſatisfacit θανασίμων, nec ſenſui, quod reponit Pierſonus Veriſim. p. 11. θανατηφόρων. Ratio eſt, quòd σφαγὴ de veneficiis nunquam uſurpetur; tantùm de morte ferro illatâ. Levi, ni fallor, immutatione ambo hæc vitia tollentur. Legendum ſcilicet;

> Ἢ τἀμὰ τιμῶν, δῶμα συγχέας Τ', ἔχῃς
> Ὅπως σφαγὰς δὴ, φαρμάκων ΤΕ θανασίμων
> Γυναῖκες ηὗρον ἀνδράσι διαφθοράς.

Senſus eſt: *aut me magni faciens, domum vero conturbans, in omne genus cædis & veneficii incidas, quæcunque a feminis in maritorum perniciem excogitata ſunt.*

Subabſurdum videri poteſt Jonem de *cædibus* in plurali numero loqui, quaſi Pater morti *plus ſemel* obnoxius eſſet. Sed facilis reſponſio eſt, magnam hìc virtutem numerorum Enallagen habere,

bere, felicemque Sophoclis in hoc genere audaciam, accuratè a Longino expoſitam eſſe, copioſèque laudatam.

Reſtat locus mendoſiſſimus quem ſic exhibet Aldina;

> Θεῶν δ' ἐν εὐχαῖς ἢ γόοισιν, ἢ βροτῶν
> Ὑπηρετῶν χαίρουσιν ἐν γομφώμοις.

MSSti ab H. Stephano collati ὑπηρέτων & γόμενος, quorum poſterius, quoad terminationem, amplectendum puto; ſed de hoc infra. Jam quod primum eſt comma ſic reficio:

> Θεῶν δ' ἐν εὐχαῖς ἢ λόγοισιν ἦ ——

Poſterius ἦ pro ἦν ut Ariſtoph. Plut. v. 77. ubi vide Berglerum. λόγοι θεῶν interpretor *ſermones de Diis*, ut eadem loquendi ratio ſit, quæ in vulgatis illis, ὅρκοι θεῶν, εὐχαὶ θεῶν, itemque in σπονδῆς θεῶ, quod neſcio an alibi occurrat, præterquam in Cyclop. v. 467. Quanquam ſi legitima defenſio eſt, quæ ex diverſis vocibus petitur, etiam magis peregrinum eſt ὀνείρατα τ' Ἀγαμέμνονος Oreſt. v. 617. pro *ſomnia de Agamemnone* dictum. Neque infrequens, credo, γόους & λόγους a librariis permutari, ut factum ſaltem eſt ad Phœniſſ. v. 1345. iterumque Supplic. v. 1143. ubi tres MSSti γόους pro λόγους. Jonem denique inter preces & ſermones de Diis ætatem ferè egiſſe, eaque in vitæ ſuæ deſcriptione conjunxiſſe, quod alioqui minimè abſurdum eſt, veriſimillimum facit Calaſiridis de ſe ipſo teſtimonium, Heliodor. Æthiop. p. 108. Ed. Bourd. ἢ γὰρ περὶ ἱεροῖς ἦν, ἢ ἐν θυσίαις ἐξηταζόμην, ἃς πολλὰς καὶ παντοίας ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν ξένος τε καὶ ἐγχώριος λεὼς τῷ θεῷ χαριζόμενοι δρῶσιν, ἢ φιλοσοφοῦσι διελεγόμην. οὐκ ὀλίγος γὰρ ὁ τοιοῦτος βίος συῤῥεῖ περὶ τὸν νεὼν τοῦ Πυθίου. Satisne hæc indicant, quid poſt εὐχαῖς apud Euripidem deſideretur?

Poſterioris clauſulæ, ad quam nunc devenimus, ſenſum non infeliciter puto me adſecutum eſſe. Legendum utique conjicio;

—— —— —— βροτῶν
Ὑπηρετῶν χρεμαίσιν, ὁ γεγόνημενος.

Jon profectò, ſi quis alius, rectè dicere potuit, ſe curas & negotia hominum non deguſtaſſe, neque alterum, credo, minûs, ſe aliorum commodis inſervire ſolitum eſſe. Quod quidem poſtremum cum in felicitatis parte ponat, ita ſentit, ut ſolent omnes ad humanitatis officia propènſi, juxta illud Oedipi Sophoclei;

—— ἄνδρα δ᾽ ὠφελεῖν ἀφ᾽ ὧν
Ἔχοι τε καὶ δύναιτο, κάλλιστος πόνων.

C A P U T XII.

Feliciſſimè Euripides lymphatos Bacchantium animos cùm alibi in Baccharum Tragœdiâ expreſſit, tùm vel maximè ad primum Chori ingreſſum, eo cantu quem, ſi memini, Parodon vocant. Singulorum venuſtatem & magnificentiam quia non eſt hujus inſtituti excutere, in eâ parte ſubſiſtam, quæ tympani inventionem commemorat, ubi, præter numeros ſententiasque, etiam artificioſam exordii audaciam jure mireris;

Ὦ θαλάμευμα Κουρήτων,
Ζάθεοί τε Κρῆτες
Διογενέτορες ἔναυλοι ——

Κρῆτες hìc adjectivum eſt, non, ut Interpretes cepiſſe videntur, ſubſtantivum. Mox per Διογενέτορες ἔναυλοι intellige *natalitia Jovis domicilia*, non,

non, ut vertunt, *Jove geniti incolæ.* Pergo ad ſequentia;

> Ἔνθα τρικόρυθες ἄντροις
> Βυρσότονον κύκλωμα τόδε
> Μοι Κορύβαντες εὗρον.

Edit. Ald. τρικόρυθές τ' ἐν ἄντροις, quod, ſenſu & metro faventibus, bonos etiam Auctores ſecutus, certiſſimè caſtigavi. Dederat quippe in hoc verſu Editio Strabonis, quam H. Stephanus non alio nomine quam vulgatæ deſignat, ἔνθα τρικόρυθες ἄνθ' οἷς, MSStus autem ab eodem Stephano inſpectus ἔνθα τρικόρυθες ἀνθοῦσι. Quantillum reſtabat, ut facerem ἔνθα τρικόρυθες ἄντροις? conſentiente uno e Pariſienſibus hactenus ſaltem, ut ἔνθα in initio verſûs repræſentet. Quæ ſequuntur levi operâ reficias:

> Ἀνὰ δὲ βακχικὰ συντόνῳ
> Κέρασαν ἡδυβόᾳ Φρυγίων
> Αὐλῶν πνεύματι ——

Nihil hìc variatum ab Aldinâ, niſi quòd βακχικὰ poſui pro βακχεία, favente uno e Pariſienſibus, in quo erat βακχία: deinde & ἡδυβόᾳ cum jota ſubſcripto pro ἡδυβόα. At proxima difficiliora ſunt, curamque adeo uberiorem deſiderant;

> —— ματρός τε Ῥέας εἰς
> Χέρα θῆκαν, κτύπον ἐν τ' ᾄσμασι βακχᾶν.
> Παρὰ δὲ μαινόμενοι Σάτυροι
> Ματέρος ἐξανύσαντο θεᾶς.

Deſcripſi hæc ut in Aldinâ exhibentur: Atqui Strabo, qui in Libro decimo totum hunc locum adducit, inſigni varietate repræſentat, χέρα θῆκαν καλλίκτυπον εὐάσμα βακχᾶν, ubi ſi terminationem

 vo-

vocis εὔασμα ex Euripidis MSStis refingas, exiſtet non ineptum tympani Epitheton, καλλίκτυπον εὐάσμασι βακχᾶν. Quod ſi hìc præter ſenſum & conſtructionem nihil aliud ſpectandum eſſet, facilè hac emendatione contenti eſſe poſſemus. Sed duo reſtant ſcrupuli, unus ex repetitione vocis ματρὸς, poſt breviſſimum intervallum invenuſtè recurrentis: alter porrò ex menſurâ verſûs ἀντιστοίχου, quæ, ſi legatur καλλίκτυπον, non recipit θῆκαν. Equidem cum duplici huic incommodo eadem medelâ occurrere ſtuderem, diuque in hoc fruſtra laboraſſem, tandem in eam opinionem prolapſus ſum, ut ſuſpicarer delendum eſſe ματρὸς ex v. 128., inque ejus locum traducendum ex verſu inferiori θῆκαν, juxta quod locus ſic conſtituendus erit:

——— θῆκαν τε Ῥέας εἰς
Χέρα, καλλίκτυπον εὐάσμασι βακχᾶν.

Secundus abhinc verſus pariter mendoſus eſt, neque ullam facile conſtructionem recipit. Pro θεᾶς MSSti Strabonis dant Ῥέας, in quo iterum odioſa repetitio eſt. Legendum videtur:

Παρὰ δὲ μαινόμενοι Σάτυροι
Ματέρος ἐξάνυσαν τελετάς.

Neceſſariò poſtulatur ſubſtantivum quale eſt τελετὰς, cùm ut hæc aliquo modo intelligantur, tum propter verbum in ſequentibus ξυνῆψαν:

Εἰς δὲ χορεύματα
Ξυνῆψαν τριετηρίδων,
Αἷς χαίρει Διόνυσος.

Hic, ſi τελετὰς præceſſiſſe putemus, ſenſus erit, Satyros Cybeles myſteria cum orgiis trietericis conjunxiſſe. Quid contra, ſi ξυνῆψαν ſeparatim

tim accipiamus? Cybeles myſteria dixi, cum emendatio *Ματέρος* tantùm præferat. Atqui ita locuti ſunt boni Auctores, non quidem promiſcuè, ſed certis tantùm in locis, eâque lege, ut rei perſpicuitas verborum defectum compenſaret. Alcæus Antholog. Lib. I. cap. 33. p. 48. Ed. Steph.

Κειράμενος γονίμην τις ἀπὸ φλέβα Μητρὸς ἀγύρτης,
Βροντιείδας ἀνὰ πρῶνας ἰδυνοβάτης.

Dioſcorides Antholog. ined.

—— —— ἐκ δὲ βοήσας
Μητέρα Σαγγαρίου χείλεσι πὰρ ποταμοῦ.

Jam verò quoniam de ſingulis membris ſeorſim diſſeruimus, idque impedimento eſſe poteſt, ne quis Periodi cohærentiam perſpiciat, non inutile viſum eſt totam ſimul Antiſtrophen apponere, quæ, ſi modo conjectura rectè nobis proceſſit, ſic in poſterum legenda erit:

Ὦ θαλάμευμα Κουρήτων,
Ζάθεοί τε Κρῆτες
Διογενέτορες ἔναυλοι,
Ἔνθα τρικόρυθες ἄντροις
Βυρσότονον κύκλωμα τόδε
Μοι Κορύβαντες ηὗρον,
Ἀνὰ δὲ βακχικὰ συντόνῳ
Κέρασαν ἡδυβόᾳ Φρυγίων
Αὔλων πνεύματα, θῆκαν τε Ῥέας εἰς
Χέρα, καλλίκτυπον εὐάσμασι βακχᾶν.
Παρὰ δὲ μαινόμενοι Σάτυροι
Ματέρος ἐξάνυσαν τελετὰς,
Εἰς δὲ χορεύματα
Συνῆψαν τριετηρίδων,
Αἷς χαίρει Διόνυσος.

CAPUT XIII.

Quanquam magno numero extiterint, recentioribus præſertim ſeculis, qui veterum Auctorum ſcriptis manus funeſtas admoverunt, neſcio tamen an quisquam Scholiaſten Euripidis (niſi Scholiaſtas dicere malis) vel audaciâ vel inſcitiâ ſuperaverit. Et prioris quidem inſigne præ multis exemplum eſt in Notis ad Oreſt. v. 971. ubi ita pronunciat: ὅτω χρὴ γράφειν τὰ παρόντα κῶλα —— καὶ τὸν ἄλλον ςίχον, πολύςονά τε δὴ καὶ πολύπονα, ἵν' εἴη Ἴαμβος, ὡς ὁ τῆς Στροφῆς. ἐλλιπὴς γὰρ ἦν. διὸ καὶ διωρθώθη παρ' ἡμῶν, καὶ, οἶμαι, καλῶς. Leve ſcilicet videbatur eximio correctori quatuor voces [πολύςονά τε δὴ, καὶ] ex ingenio adjicere, idque nullâ aliâ ratione, quam quòd menſura verſûs contractior ἀντιςοίχῳ parùm reſponderet, in quo incertum plerumque eſt, utrum Strophe an Antiſtrophe corrigi debeat. Et mihi quidem verſum de quo hic agitur cum ἀντιςοίχῳ comparanti veriſimillimum fit, non hunc lacunoſum eſſe, ſed illum interpolatum. Quid enim integrum judices, ſi mutila ſint, quæ hic Manuſcripti repræſentant?

6. Ἰὼ, ἰὼ, πανδάκρυτ' ἐφαμέρων
7. Ἔθνη πολύπονα, λεύσσεθ' ὡς παρ'
8. Ἐλπίδας μοῖρα βαίνει.

Ed. Ald. ἐλπίδα, pro quo ἐλπίδας ex tribus MSStis reſtituo. Videndum jam, num in Strophâ aliquid ſuperflui ſit;

6. Ἰαχείτω δὲ γᾶ Κυκλωπία
7. Σίδαρον ἐπὶ κάρα τιθεῖσα
8. Κύριμον τῶν Ἀτρειδᾶν πήματ' οἴκων.

Hic ſi ex ultimo verſu τῶν Ἀτρειδᾶν recidas, exiſtet quidem Ellipſis, ſed quæ non admodùm Lectorem moretur, metrum contra ad amuſſim re-

reſpondebit. Utram igitur medicinam potiorem dicemus? Illam Scholiaſtæ, quæ locum, quoad ſententiam certè integrum, ſupplementis onerat, an vero hanc, quæ cautior veracundiorque ſupervacuas tantùm voces amolitur? Quanquam neque hoc uno nitimur, quòd ſupervacuæ ſint, cum in promptu ſit ratio, quâ in contextum venire potuerint; Librarii ſcilicet errore, qui annotationem ad τῶν θυομένων explicandum adſcriptam, cum verbis Auctoris confudit.

Sed quia Scholiaſten etiam inſcitiæ inſimulavimus, eò nunc progrediemur. Occurrit igitur in initio hujus Odæ (neque enim e longinquo exemplum petimus) νερτέρων καλλίπαις θεὰ, de Proſerpinâ inferorum Reginâ dictum. Hoc mihi non concoquens ille quisquis eſt Grammaticus, feſtivam hanc annotationem ſubtexit; Περσίφασσα καλεῖται ἡ κόρη. ἀπὸ δὲ ταύτης καὶ τὴν μητέρα βούλεται δηλοῦν. πῶς γὰρ ἡ παῖς καλλίπαις; γράφεται δὲ τὸ καὶ καλλίπαις, καὶ καλὴ παῖς, αὐτὴ οὖσα ἡ κόρη. οὕτω βέλτιον. Primum hìc commentum eſt, Proſerpinæ nomine Cererem intelligendam eſſe; alterum non multò melius, legendum eſſe cum nonnullis exemplaribus καλὴ παῖς:

Νερτέρων Περσίφασσα, καλὴ παῖς, θεά.

Hoccine vero ut ſcripſerit Euripides, diligentiæ exemplum, ſuavitatis artifex! hoc tam frigidum, hians, inficetum! Sed in eo ſcilicet hærebat Scholiaſtes, quòd Proſerpina, ſobolis & Lucinæ expers, καλλίπαις appellaretur. Verùm non eſt καλλίπαις, quod putabat ipſe, *pulchros liberos habens*, ſed ſimpliciter *pulchra*; alterâ parte compoſiti nihil ad ſenſum conferente, ſed uſum tantummodo vocis intra certam ætatem conditionemque reſtringente. Quemadmodum & in Phœniſſis v. 1612. εὔτεκνος ξυνωρὶς non eſt *par generoſos liberos habens*, ſed *par filiorum generoſum:* iterumque in Alceſtide v. 906. male verteris μονόπαις

 unum

unum infantem habens, cum debeat eſſe ſimpliciter, *unicus*. Æquum eſt interea dum in hoc loco verſamur, calliditatem hominis animadvertere, qui de re metricâ diligens alibi & planè anxius, nunc contra, in ſingulari Strophes & Antiſtrophes diſcrepantiâ, penitus eam curam intermittit. Itaque hi nobis tanquam verſus *ἰσομέτροι* venditantur;

Νερτέραν Περσέφασσα καλλίπαις θεὰ —— Stroph.
Φονία ψῆφος ἐν πολίταις —— Antiſtroph.

Emendationem Scholiaſtæ de quâ ſupra diſputatum eſt, hic extra cauſam conſtituo, quia metrum non adjuvat, cum tamen ſenſum corrumpat. Videndum jam numquid in productiori horum verſuum ſupervacuum ſit; de hoc enim facile judicium eſt, non item facilis ſupplementorum inventio, ſi quæ in altero deſiderantur. Ecquid igitur ſententia incommodi patietur, ſi, amoto Περσέφασσα tanquam Gloſſographi interpretamento, ſic demùm legamus?

—— ὃν ἔλαχ' ἁ κατ' χθονὸς
5. Νερτέραν καλλίπαις θεά.

Quanquam neque hoc metrum expedit. Reſtat enim levis diſcrepantia, quam penitus ſuſtuleris, modo πόλει pro πολίταις in Antiſtrophâ reponas:

4. Φθόνος νιν εἷλε θεόθεν, ἅ τε δυσμενὴς
5. Φονία ψῆφος ἐν πόλει.

De Scholiaſtâ ſatis: finemque adeo facerem, niſi commodè hic oblata eſſet occaſio aliud vitium corrigendi, quod Odæ hujuſce Antiſtrophen inſidens, Strophen etiam corrupit. Nam cum animadverſum eſſet tertium hujus verſum [αἱματηρὸν ἄταν] cum tertio alterius [ζηλωτὸς ἂν ποτ' οἶκος]

οἶκος] parum convenire, quippe unâ ſyllabâ breviorem, continuò mihi Articulum, tanquam ἵππων παράπρισμα, ut ait Comicus, inferciunt, faciuntque adeo τὰν αἱματηρὸν ἄταν. Librariorum culpam non dixerim, ſiquidem illud [τὰν] in nullis quos inſpexi MSStis comparet. Sed ſive ita eſt, ſive Barneſius Kingiusque ex ingenio ſic ediderunt, repugnant certè & major pars Manuſcriptorum, & loci indoles, & Cantuum Choricorum uſus, in quibus valdè infrequentes ſunt articuli. Omnino debebant, quibus hìc conjecturis indulgere placuit, non in iſto verſu vitium quærere, ſed in ἀντιστοίχῳ, ubi niſi admodùm fallor, pro ζηλωτὸς reponendum eſt ζῆλος:

—— ὁ τ' ἐπὶ μακαρίοις
Ζῆλος ὢν ποτ' οἶκος.

Frequentata Poëtis loquendi ratio eſt, quâ pro objecto cujusque affectionis affectionem ipſam ponunt. Sophocles Electr. v. 687.

Εἰσῆλθε λαμπρὸς, πᾶσι τοῖς ἐκεῖ σέβας.

Euripides Bacchis v. 1309.

Πόλει τε τάρβος ἦσθα ——

Epigrammatarius Antholog. p. 406.

Ἀλλὰ μοῦνοι ποθέουσιν ἔρως, ζῆλος δ' ἐλατῆρσι ——

Integrâ jam, quæ tractavimus, in Lectoris commodum apponemus, præmiſſo tantum κατάρχομαι στεναγμὸν, quod in primo verſu pro κατάρχομαι στεναγμῶν reſtituerunt, Homero præeunte dictum eſſe, Odyſſ. Γ. circa finem;

—— γέρων δ' ἱππηλάτα Νέστωρ
Χέρνιβά τ' οὐλοχύτας τε κατήρχετο ——

Sic

Sic igitur ex conjecturis noſtris legendum eſſet;

Στροφή.

Ἠλ. αἴ, αἴ.

1. Κατάρχομαι στεναγμὸν, ὦ Πελασγία,
2. Τιθεῖσα λευκὸν ὄνυχα διὰ παρηΐδων,
3. Αἱματηρὸν ἄταν,
4. Κτύπον τε κρατὸς, ὃν ἔλαχ' ἁ κατὰ χθονὸς
5. Νερτέρων καλλίπαις θεά.
6. Ἰαχείτω δὲ γᾶ Κυκλωπία,
7. Σίδαρον ἐπὶ κάρα τιθεῖσα
8. Κούριμον, πήματ' οἴκων.

In 9, 10, 11, nihil variatum eſt, ut nec in 9, 10, 11, Antiſtrophes.

Ἀντιστροφή.

1. Βέβακε γὰρ, βέβακεν, οἴχεται τέκνων
2. Πρόπασα γέννα Πέλοπος, ὅ τ', ἐπὶ μακαρίοις
3. Ζῆλος ὤν ποτ' οἴκοις.
4. Φθόνος νιν εἷλε θεόθεν, ἅ τε δυσμενὴς
5. Φοινία ψῆφος ἐν πόλει.
6. Ἰὼ, ἰὼ, πανδάκρυτ' ἐφαμέρων
7. Ἔθνη πολύπονα, λεύσσεθ' ὡς παρ'
8. Ἐλπίδας μοῖρα βαίνει.

CAPUT XIV.

Quantum nonnunquam in locis deſperatis iteratâ lectione proficiatur, quod ſtudioſi fortaſſe non ignorant, videor mihi etiam exemplo oſtendere poſſe. Nuſpiam magis hærent Eruditi, quam in oratione, quæ Oreſtis & Iphigeniæ ex Tauricâ fugam enarrat. Merum id ſpinetum, meram cali-

caliginem exiſtimare ſolent; quam opinionem neque ipſe dimiſi, donec attentiùs perpenſis quæ maximè inter ſe pugnare videbantur, animadverti nonnulla, leviſſimè immutata, contrarium planè ſenſum exhibere; in aliis ne id quidem neceſſarium; fraudi enim fuiſſe non vitium lectionis, ſed ignoratam conſtructionis ſubtiliorem paullò rationem. Rei geſtæ ſeries hæc eſt, quam mox cum verbis Auctoris conciliabimus. Deprehenderant Thoantis ſatellites Iphigeniam cum fratre & Pylade in litore adhuc ſtantem; nautas, partim, navem diſceſſui expedientes, partim, hi ut reciperentur, laborantes. Intercedunt barbari, unde jurgium & pugna, barbarorum poſtremò fuga, ne duos quidem juvenes ſuſtinentium. Quo peracto, cum navis, anchoris quippe levatis, æſtui obtemperaret, & jam magis magisque litori applicaretur, nihil morandum ratus Oreſtes, ſublatâ in humerum Iphigeniâ, in navem aſcendit. Capeſſentibus fugam rectè usque ad fauces portûs procedit. Delatis inde in altum tempeſtas ſupervenit, cui remis primò obluctantur, deinde, poſtquam id fruſtra fuit, vela colligunt, ne in ſaxa forte, hoc omiſſo, impingantur. Ea narrationis ſumma, cujus nunc membra diſpiciamus;

Κἀνταῦθ' ὁρῶμεν Ἑλλάδος νεὼς σκάφος,
Ταρσῷ κατήρει πίτυλον ἐπτερωμένον ——

Uſitatum eſt Poëtis *νεὼς σκάφος*, neque multò minus, *νεὼς πίτυλος*. vid. hujus Fab. v. 1050. Troad. v. 1123. Hìc quod utrumque ſimul uſurpetur, ad Pleonasmum referendum eſt, quem non ſemper vitat Euripides. Sic Phœniſſ. v. 22.

Ἔσπειρεν ἡμῖν παῖδα, ϗ σπείρας βρέφος.

Jon. v. 16.

Τεκοῦσ' ἐν οἴκοις παῖδ' ἀπήνεγκε βρέφος.

Per-

Pergit Nuncius;

> Ναῦν τε πεντήκοντ' ἐπὶ σκαλμῶν πλάτας
> Ἔχοντας, ἐκ δεσμῶν δὲ τοὺς νεανίας
> Ἐλευθέρους πρύμνηθεν ἑστῶτας νεώς.

Ultimum verſum interpretantur, *liberos in puppi navis ſtantes*; contra mentem proculdubiò Auctoris; quidni enim Iphigenia ſimul intraſſet? vel unde factum dicemus, ut paullò poſt Oreſtes cum ſatellitibus Thoantis, pugnis, & proinde in litore, decertet? Vera, ni fallor, interpretatio eſt, *a puppe navis* id quod Anglicè diceremus, *a-ſtern of the ſhip*. Puppis ſcilicet litori, ex more Antiquorum, obverſa erat. Conſentaneum igitur ab hac parte ſtetiſſe, qui mox aſcenſuri erant.

Sequentia, quæ in navi interea agebantur, exponunt;

> Κοντοῖς δὲ πρῷραν εἶχον· οἱ δ' ἐπωτίδων
> Ἀγκύρας ἐξανῆπτον· οἱ δὲ κλίμακας
> Σπεύδοντες, ἦγον διὰ χερῶν πρυμνήσια.
> Πόντῳ δὲ δόντες τὴν ξένην καθίεσαν.

Ed. Ald. πρώρας quod libenter in πρῷραν, MSStis auctoribus, mutavi. In hac clauſulâ latet, ni fallor, magna inter plures difficultatis cauſa, pleriſque nominativum verbo εἶχον ex præcedenti commate arceſſentibus, ut intelligatur Pyladem & Oreſten fuiſſe, qui proram contis ſuſtentarent. Verùm id neque dignitati eorum conveniebat, neque omnino facere potuerunt, in litore adhuc ſtantes. Enimvero ſubaudiendum eſt οἱ μὲν, cui deinde opponitur, notiſſimo more, οἱ δέ. Ellipſis hæc neque valdè inuſitata eſt, neque a multis tamen animadverſa, ut non alienum putem paucis illuſtrare. Sic igitur Homerus, Il. X. 157.

> Τῇ ῥα παραδραμέτην, φεύγων, ὁ δ' ὄπισθε διώκων.

Sic

Sic & Noſter Oreſt. v. 1489.

Νεκροὶ δ' ἔπιπτον, οἱ δ' ἔμελλον, οἱ δ' ἔκειντο.

Citra Ellipſin loquenti dicendum erat, νεκροὶ δὲ, οἱ μὲν ἔπιπτον, οἱ δὲ ἔμελλον, οἱ δὲ ἔκειντο. *Mortui verò alii tum maximè cadebant, alii mox caſuri erant, alii verò jam ceciderant.* Similiter in Helenâ v. 1620, 21, 22.

—— σπουδῆς δ' ὕπο
Ἔπιπτον, οἱ δ' ὀρθοῦντο, τοὺς δὲ κειμένους
Νεκροὺς ἂν εἶδες ——

Interpretor; *tum verò alii datâ operâ procidebant, qui autem erecti ſtare maluerunt, eos mox mortuos cerneres.* Eſt enim οἱ pro ὅσοι accipiendum, ut Iph. in Taur. v. 949.

Sit igitur plena enunciatio, κοντοῖς δὲ οἱ μὲν πρῷραν εἶχον: at quem illud uſum ſpectabat? Nempe, ne navis, anchorâ ſublatâ, fluctibus ultrò citroque impelleretur, negotiumque adeo adſcenſuris faceſſeret. Πρυμνήσια quæ mox occurrunt, adſcenſioni juvandæ itidem, ni fallor, deſtinata erant. Faciliùs quippe in navem eniſuri erant, qui tale aliquid manibus tenebant.

In ſequenti verſu, alii pro ξένῃ corrigendum putant θεᾷ, quia conſtat Iphigeniam, non niſi modico poſt temporis ſpatio, in navem receptam fuiſſe. Aliis ita interpretari placet, quaſi ex crepidine rupis in mare demitteretur. Utrumque facilè refellitur, eo præcipuè, quòd in navem non deſcendendo, ſed aſcendendo perventum eſt. Vide nunc quam levi immutatione tota hæc quæſtio tollatur;

Πόντῳ δὲ δόντες τῇ ξένῃ καθίεσαν.

Scalas ſcilicet & rudentes in mare Iphigeniæ demit-

demittebant. Quid hoc expeditius? quidve porrò conſtructioni utilius, cum nominativus verbo *καθίεσαν* ex proximo commate ſuppeditetur, qui aliter vel e longinquo petendus, vel ex ingenio ſupplendus erat?

Ad Nuncii orationem revertimur:

> Ἡμεῖς δ' ἀφειδήσαντες, ὡς ἐσείδομεν
> Δόλια τεχνήματ', εἰχόμεσθα τῆς ξένης
> Πρυμνησίων τε· καὶ δι' ἀιθυντηρίας
> Οἴακας ἐξηροῦμεν εὐπρύμνου νεώς.

In poſtremâ hac clauſulâ negotium faceſſit *διευθυντηρίας* (conjunctim enim ſcribendum) quod vix putem pro Epitheto poſitum, cum tamen, reliquis manentibus, ſubſtantivum eſſe non poſſit. An legendum *οἴακος* vel *οἴακα τ'*; ut per *διευθυντηρίας* pars tantùm gubernaculi, non totum, intelligatur? Confer Herod. p. 267. Ed. Weſſ. Orph. Argon. v. 275. Euripid. Helen. v. 1552.

Sequitur præludium pugnæ jurgium:

> Λόγοι δ' ἐχώρουν, τίνι λόγῳ πορθμεύετε
> Κλέπτοντες ἐκ γῆς ξόανον καὶ θυηπόλον.
> Τίνος τίς ὢν τήνδ' ἀπεμπολᾷς χθονός;
> Ὁ δ' εἶπ', Ὀρέστης τῆσδ' ὅμαιμος, ὡς μάθοις,
> Ἀγαμέμνονος παῖς, τήνδ' ἐμὴν κομίζομαι
> Λαβὼν ἀδελφὴν, ἣν ἀπώλεσ' ἐκ δόμων.

Metrum in ſecundo horum verſuum non conſtat, ut neque in tertio. Pro *ξόανον* reponendum fortaſſe *ξίσμα*. Heſychius: *Ξίσματα, ξόανα.* & ſic planè eſt in Epigrammate Damoſtrati;

> Νύμφαι Ναϊάδες, καλλίρροοι αἳ τόδε νᾶμα
> Χεῖτε κατ' ὀρείας ἀτρωπὸς ἀπειρέσιον,
> Ὕμμιν ταῦτα πόριν Δαμόστρατος, Ἀντίδου υἱὸς,
> Ξίσματα, καὶ δοιῶν ῥίνα τράγων λάσια.

Extat

Extat apud Jenſium, ſed in libro Meermanniano, unde deſcripſi, emendatius. De proximo verſu nihil probabilius habeo, quam quæ ab aliis allata ſunt. Itaque hoc miſſo, pugnæ jam narrationem ad examen vocemus;

Ἀλλ' οὐδὲν ἧσσον εἰχόμεσθα τῆς ξένης,
Καὶ πρὸς σ' ἔπεαξ διεβιαζόμεσθά νιν.
Ὅθεν τὰ δεινὰ πλήγματ' ἦν χρυσιάδων;
Κεῖνοί τε γὰρ σίδηρον οὐκ εἶχον χεροῖν,
Ἡμεῖς τε — — —

Contradicit ſibi, ſi Reiskium audimus, Euripides, Oreſten modo inermem fingens, modo contra armatum. Inermem, fateor; armatum nullibi invenio niſi v. 296. cum nondum captivus esſet. Arripuit ergo hanc diſcrepantiam homo calidus, rationem discrepantiæ nec vidit, nec quæſivit. Quanquam neque illud in eo mirandum eſt, cui non tanti videtur Euripidem intelligere, ut digitum propterea extendat. vid. not. Reiskii ad Bacch. v. 122.

Ad Euripidem nunc pugnæque narrationem revertimur;

— πυγμαὶ δ' ἦσαν ἐγκεκροτημέναι,
Καὶ κῶλ' ἀπ' ἀμφοῖν τοῖν νεανίαιν ἅμα
Εἰς πλευρὰ καὶ πρὸς ἧπαρ ἠκοντίζετο,
Ὥστε ξυνάπτειν καὶ συναποκαμεῖν μέλη.
Δεινοῖς δὲ σημάντροισιν ἐσφραγισμένοι
Ἐφεύγομεν πρὸς κρημνὸν, οἱ μὲν ἐν κάρᾳ
Κἄθαιμ' ἔχοντες τραύμαθ', οἱ δ' ἐν ὄμμασιν.
Ὄχθοις δ' ἐπισταθέντες εὐλαβεστέρως
Ἐμαρνάμεσθα, καὶ πέτρους ἐβάλλομεν.
Ἀλλ' εἶργον ἡμᾶς τοξόται, πρύμνης ἔπι
Σταθέντες, ἰοῖς, ὥστ' ἀναστεῖλαι πρόσω.

Nihil hìc in quo magnopere hæreas, præter vocem ξυνάπτειν, pro ξυνᾴττειν uſitatiſſimo errore a Librariis ſuffectam. Eſt autem ξυνᾴττειν idem quod in præcedentibus ἀπ' ἀμφοῖν ἅμα ἀκοντίζεται. In Xenarchi itidem fragmento apud Athenæum L. VI. p. 225. D. meliùs conveniret ἦξαν δὲ πληγαὶ, quam quod vulgatur, ἦσαν.

Profligatis barbaris, occaſione utuntur, fugam capeſſunt;

Κἀν τῷδε, δεινὸς γὰρ κλύδων ὤκειλε ναῦν
Πρὸς γῆν, φόβος δ' ἦν ναυάταις τέγξαι πόδα,
Λαβὼν Ὀρέστης ὦμον εἰς ἀριστερὸν,
Βὰς εἰς θάλασσαν, κἀπὶ κλίμακος θορὼν,
Ἔθηκ' ἀδελφὴν ἐντὸς εὐσέλμου νεώς.
Τὸ δ' οὐρανοῦ πέσημα, τῆς Διὸς κόρης
Ἄγαλμα, νηὸς ἐκ μέσης ἐφθέγξατο
Βοήν τιν', ὦ γῆς Ἑλλάδος ναῦται, νεὼς
Λάβεσθε κώπαις, ῥόθιά τε λευκαίνετε.
Ἔχομεν γὰρ ὧνπερ οὕνεκ' Εὔξεινον πόρον
Συμπληγάδων ἔσωθεν εἰσεπλεύσαμεν.
Οἱ δὲ στεναγμὸν ἡδὺν ἐκβρυχώμενοι
Ἔπαισαν ἅλμην· ναῦς δ' ἕως μὲν ἐντὸς ἦν
Λιμένος, ἐχώρει· στόμια διαπερῶσα δὲ
Λάβρῳ κλύδωνι συμπεσοῦσ' ἠπείγετο.
Δεινὸς γὰρ ἐλθὼν ἄνεμος ἐξαίφνης νεὼς
Ὤθει πάλιν πρύμνησι', οἱ δ' ἐκαρτέρουν
Πρὸς κῦμα λακτίζοντες· εἰς δὲ γῆν πάλιν
Κλύδων παλίρροους ἦγε ναῦν· σταθεῖσα δὲ
Ἀγαμέμνονος παῖς, εὔξατ', ὦ Λητοῦς κόρη,
Σῶσόν με τὴν σὴν ἱέρειαν πρὸς Ἑλλάδα
Ἐκ βαρβάρου γῆς, καὶ κλοπαῖς σύγγνωθ' ἐμαῖς.
Φιλεῖς δὲ καὶ σὺ τὸν κασίγνητον, θεὰ,
Φιλεῖν δὲ κἀμὲ τοὺς ὁμαίμονας δόκει.

Plura hic occurrunt notanda, quibus brevi defun-

fungemur. Primò τέγξαι πόδα ridiculè vertunt *humectare pedem*. Meliùs in vulgaribus Lexicis *naufragium facere*; atque id ſanè Euripidem voluiſſe ex rei geſtæ ratione certiſſimum eſt. Locutio an conveniat, non dixerim: tantùm, ſimile aliquid in Oreſte inveniri v. 708.

Καὶ ναῦς γὰρ ἐνταθεῖσα πρὸς βίαν ποδὶ,
Ἔβαψεν — —

Scholiaſtes ἔβαψεν, ἤγουν ὕφαλος γέγονεν. Mox pro εὐσήμῳ rectè Pierſonus Veriſ. p. 25. εὐσέλμῳ, neque aliter unus Pariſienſium. Tertio ab hinc verſu parum commodè ſe expediunt Pierſonus & Reiskius, qui utinam Manuſcriptos expectare maluiſſent. Pro ἠπείγετο idem Pierſonus ἐπείχετο. Verùm non eſt ἠπείγετο, quod putabat, *prorſum impellebatur*, ſed *jactabatur*, *vexabatur*. Homer. Odyſſ. Ψ. v. 234.

— — νῆ' ἐνὶ πόντῳ
Ῥαίσῃ ἐπειγομένην ἀνέμῳ καὶ κύματι —

Ad finem narrationis pervenimus, neque eum Librariorum injuriis immunem;

Ναῦται δ' ἐπευφήμησαν εὐχαῖσιν κόρης
Παιᾶνα, γυμνὰς ἐκ χερῶν ἐπωμίδας
Κώπῃ προσαρμόσαντες ἐκ κελεύσματος,
Μᾶλλον δὲ μᾶλλον πρὸς πέτρας ᾔει σκάφος.
Χὼ μέν τις εἰς θάλασσαν ὡρμήθη ποσὶν,
Ἄλλοι δὲ πλεκτὰς ἐξανῆπτον ἀγκύρας.

Ἐπωμὶς alibi veſtimentum muliebre eſt, alibi pars corporis circa claviculæ & ſcapulæ commiſſuram. Poſteriori tantùm ſenſu apud Euripidem occurrit, idque Hecub. v. 558. ubi ſic interpungo:

Λαβοῦσα πέπλους ἐξ ἄκρας ἐπωμίδος
Ἔῤῥηξε λαγόνος εἰς μέσον, παρ' ὄμφαλον —

Docemur hinc pro *ex humero* Græcorum conſuetudine vulgatum fuiſſe, ſaltem non proſcriptum, ἐξ ἐπωμίδος. Quod non fruſtra erit animadvertiſſe, ſiquidem in loco quem tractamus, ſententia pro vulgatis poſtulat;

— γυμνὰς ἐξ ἐπωμίδων χέρας
Κώπῃ προσαρμόσαντες —

Γυμνὰς ἐξ ἐπωμίδων *nudas usque ab humeris.* Reiskio idem hoc interpretari placet: *exertis extra manicas brachiis.* Debuit ſimul auctorem indicare, qui manicas ἐπωμίδας dixit.

Reſtat in ultimo verſu ἀγκύρας, quod quin mendoſum ſit, dubitari non poteſt. Adverſantur quippe & metrum, & epithetum πλεκτὰς, poſtremò etiam tempus, quod demitti potiùs anchoram quam ſuſpendi poſcebat. Conſpirant eadem omnia, ut verum putem ἀγκύλας, unâ tantùm literâ ab ἀγκύρας diſcretum. Quid ergo fuerit ἀγκύλη? non quidem funiculus, ambitus tamen & ſinus, qui a funiculo efficitur, extremitatibus ejus in nodum coactis. Quid ergo hìc, ubi de nautarum muneribus agitur? circulus, ut quidem credo, qui velum collectum amplectitur & conſtringit. Senſus adeo verſûs erit, *nautas vela collecta loris conſtrinxiſſe*, quod in naufragii diſcrimine, ſi quid aliud, neceſſarium. πλεκτὰς ἀγκύλας illuſtrat planè gemella in Andromachâ locutio v. 718.

Πλεκτὰς ἱμάντων ςροφίδας ἐξανήσομαι.

Uno tantùm diſcrepant, quòd ibi de *laxando* agitur, hìc de *conſtringendo.*

Atque hæc demum enodatio qualiſcunque eſt difficultatum, in quibus hactenus hæſerunt Euripidis ſtudioſi; Reiskio ſanè bilem adeo moverunt, ut

non

non dubitarit de hoc dramate pronunciare *in univerſum contextum eſſe* ἀλογίαις, *quibus ſcatent veterum dramata, veniâ tamen dignorum, ut qui nihil aliud ſtuduerint, quam delectare & docere.* Ea verò ut vehemens criminatio, ita mira profectò excuſatio eſt.

CAPUT XV.

Locus eſt in Phœniſſis inuſitatæ & prope ſingularis conſtructionis;

> Μή τις πολιτῶν ἐν τρίβῳ φαντάζεται
> Κἀμοὶ μὲν ἔλθῃ φαῦλος, ὡς δούλῳ, ψόγος,
> Σοὶ δ᾽ ὡς ἀνάσσῃ ——
>
> v. 93—95.

Primò enim particulæ μὴ ſubjicitur verbum modi indicativi; deinde cum indicativo, ita præter morem poſito, connectitur ſubjunctivus. Itaque non mirum eſt Virum exquiſitæ eruditionis L. C. Valckenaerium, nævum hunc, ut rectè putabat, ſublatum voluiſſe; quod fieri poſſe cenſet, reponendo,

> Εἴ τις πολιτῶν —— ——

Mihi iſtam emendationem, etſi MSti Pariſienſis auctoritate firmatam, diſplicere non negaverim. Quæro enim, an particula εἰ ad utrumque ſententiæ membrum pertinere debeat? Si negant hujus lectionis fautores, nihil erit a quo pendeat vel ἔλθῃ, vel quod minùs commodum eſt, ἔλθοι. Si concedunt, rogo deinceps, quem idoneum ſenſum habiturum ſit, καὶ εἰ μὲν ἔλθῃ (vel ἔλθοι) ἐμοὶ ψόγος, quod quid aliud eſt, niſi Antecedens ſine Conſequenti? Si ad meum arbitrium res rediret,

non equidem dicerem locum ad ſolitam Euripidis elegantiam & ſuavitatem accedere; adeo ut ſi commoda emendatio afferri poſſet, minimè repudiarem; carere tamen nihilominùs omni inſigniore vitio, & veniam proinde, inter alia negligentiùs dicta, mereri. Nunquam enim conceſſerim, quod Viro eruditiſſimo placuiſſe video, Grammaticæ regulis, Græcorumque uſui repugnare particulam μὴ cum præſenti vel præterito indicativo conjunctam: cui quidem ſententiæ inprimis ſe opponit Euripides, Oreſt. v. 209.

Μὴ κατθανών σε σύζυγος λέληθ' ὅδε.

Iterumque in Troaſin, v. 178, 9.

—— —— ἐπακχευομένα
Βασίλεια, σέθεν μή με κλείνει
Δόξ' Ἀργείων κεῖται μελέαν.

Addo Charitonem Aphrodiſ. L. III. pag. 53. l. 5. μὴ διεψεύσατο ἡμᾶς ὁ Θήρων καὶ τέθνηκεν ἡ δυστυχής.

Ferendum itaque in Noſtro, quòd & hic poſuerit, μή τις φαντάζεται: alterum paullò durius eſt, quòd ſtatim adjecit, modo ſubjunctivo, κἄμοι μὲν ἔλθῃ: niſi hoc noſtris auribus tribuendum, quæ Græcæ Linguæ Idiotiſmos non ſatis fortaſſe asſequuntur. Utcunque ſit, habet Noſter, vel purgatorem criminis, vel culpæ ſocium, Lucianum, qui ſimiliter ſubjunctivum cum Indicativo conjungit; Ὅρα, μὴ οὐχὶ μόριόν ἐστιν ἡμέρας, ἀλλὰ πολλῶν ἡμερῶν δέηται. *Hermotim.*

CAPUT

CAPUT XVI.

In Odis Antiſtrophicis, ſive emendandis, ſive inter ſe comparandis, tria præcipuè genera ſunt licentiæ, quæ animadvertiſſe profuerit. Et primò quidem exemplis comperio, ubi ſecunda cujuslibet verſûs ſyllaba longa eſt, primam pro communi habendam eſſe; quam in rem cum teſtes innumeri ſint, ſatisfacient, credo, Lectori quos hìc affero;

Hippol. v. 525, 535.

1. Ἔρως, Ἔρως, ὃ κατ' ὀμμάτων —— Stroph.
1. Ἄλλως, ἄλλως παρά τ' Ἀλφεῷ —— Antiſtr.

Ibid. v. 528, 538.

4. Μή μοι ποτὲ σὺν κακῷ φανείης —— Stroph.
4. Ἔρωτα δὲ τὸν τύραννον ἀνδρῶν —— Antiſtr.

Ibid. v. 534, 544.

10. Ἔρως, ὁ Διὸς παῖς —— Stroph.
10. Θνατοῖς, ὅταν ἔλθῃ —— Antiſtr.

Hecub. v. 446, 457.

3. Θοὰς ἀκάτους ἐπ' οἶδμα λίμνας —— Stroph.
3. Οἰκτρὰν βιοτὰν ἔχουσαν οἴκοις —— Antiſtr.

Medea v. 410, 421.

1. Ἄνω ποταμῶν ἱερῶν —— Stroph.
1. Μοῦσαι δὲ παλαιγενέων —— Antiſtr.

Ibid. v. 627, 636.

1. Ἔρωτες, ὑπὲρ μὲν ἄγαν —— Stroph.
1. Στέργοι δέ με σωφροσύνα —— Antiſtr.

Jon. v. 459, 479.

8. Ὀλύμπου χρυσέων θαλάμων —— Stroph.
8. Ὡς ἔχοντες γ' ἐκ πατέρων —— Antiſtr.

Ibid. v. 1074, 1090.

1. Αἰσχύνομαι τὸν πολυύμνον —— Stroph.
1. Ὁρᾶθ' ὅσοι δυσκελάδοισι —— Antiſtr.

In initio item verſûs Ditrochæus & Epitritus quartus ſine discrimine adhiberi ſolent, quo in genere plenus exemplorum eſt Euripides;

Hippol. v. 545, 555.

1. Τὰν μὲν Οἰχαλίᾳ —— Stroph.
1. Ὦ Θήβας ἱερὸν —— Antiſtr.

Alceſt. v. 963, 974.

2. Καὶ μετάρσιος ἦξα, καὶ —— Stroph.
2. Ἐλθεῖν οὔτε βρέτας θεᾶς —— Antiſtr.

Ibid. v. 965, 976.

4. Κρεῖσσον οὐδὲν ἀνάγκας —— Stroph.
4. Μή μοι πότνια μείζων —— Antiſtr.

Ibid. v. 966, 977.

5. Εὗρον, οὐδέ τι φάρμακον —— Stroph.
5. Ἔλθοις, ἢ τὸ πρὶν ἐν βίῳ —— Antiſtr.

Ibid.

Ibid. v. 990, 1001.

7. Παῖδες ὦ θανάτῳ —— Stroph.
7. Ἐκβαίνων, τόδ' ἐρεῖ —— Antiſtr.

Androm. v. 503, 525.

3. Πέμπομαι χθὸν γαίας —— Stroph.
3. Κλησαίμαν, Πελάμου παῖ —— Antiſtr.

Supplic. v. 962, 970.

8. Πνευμάτων ὑπὸ δυσχειμων ἀΐσσω —— Stroph.
8. Χωρὶς δή τινα τῶνδ' ἴσχουσα μοῖραν —— Antiſtr.

Ubi etiam apparet ἀΐσσω contra Pierſoni opinionem & triſyllabum eſſe, & primam corripere.

Tertium erat eorum quæ animadverſa volui, Bacchium Amphimacro in Choricis metris æquipollere;

Hecub. v. 930, 940.

8. Τοδ' ω παι/δες Ελλα/νων ποτε δη —— Stroph.
8. Νοςιμον / ναυς εκι/νησε ποδα —— Antiſtr.

Medea v. 824, 835.

1. Ερεχθει/δαι το παλαιον ολβιοι —— Stroph.
1. Καλλινα/ȣ τ' επι Κηφισȣ ροαις —— Antiſtr.

Ibid. v. 982, 989.

7. Αυζα ταιν χεροιν / λαβȣσα —— Stroph.
7. Αλαν δ' ȣχ υπερ / φευξεται —— Antiſtr.

Alceſt. v. 877, 894.

6. Προσωπον / ἀντα λυ / πηρον —— Stroph.

6. Πιεζει / φανεισα / θνατων —— Antiſtr.

Quanquam meliùs procedent hæc, ſi legeris φανεῖσα πιέζει θνατῶν.

Præmonuimus de his Lectorem, ne in ſequenti capite, quod multis alioqui quæſtionibus implicabitur, circa metricos etiam ſcrupulos morari neceſſe eſſet.

CAPUT XVII.

Parodos, quam vocant, Chori in Jone, neque paucis ſanè vitiis, neque unius tantùm generis, deformatur; ſiquidem labes & ſenſum tetigit, & ad perſonarum nomina dimanavit, metri verò ne veſtigium quidem aut umbram reliquit. Dubitatio itaque objicitur, a quo potiſſimùm incipiendum ſit, cum ſine omnium cognitione de ſingulis ſtatui non poſſit; in quâ dirimendâ nihil commodius viſum eſt, quam ut primò verba auctoris apponeremus, perſonis tamen reformatis, ſyllabâque finali ν vel ι, prout metrum exigit, vel reſectâ vel additâ; notas deinde ſubjiceremus, in quibus, præmiſſis quæ ad ſenſum perſonasque ſpectant, poſtremò de metro tranſigeretur. Conſtat Ode, ſi Anapæſtos ſeponas, ex verſibus omninò ſexaginta, qui in duas Strophas, totidemque Antiſtrophas, facile hoc modo reſolvuntur;

Στρό.

Στροφὴ ά.

Ἡμιχ. ά. 1. Οὐκ ἐν ταῖς ζαθέαις Ἀθήναις
2. Εὐκίονες ἦσαν αὐλαὶ
3. Θεῶν μόνον, οὐδ' Ἀγυιάτιδες
4. Θεραπεῖαι,
5. Ἀλλά γε καὶ παρὰ Λοξίᾳ
6. Τῷ Λατοῦς διδύμων προσώ-
7. πων καλλίφαρον φῶς.

Ἡμιχ. β'. 8. Ἰδοὺ τάνδ' ἄθρησον
9. Λερναῖαν ὕδραν ἐναίρει
10. Χρυσέαις ἅρπαις ὁ Διὸς παῖς.
11. Φίλα, πρόσιδ' ὄσσοις.

Ἀντιστροφὴ ά.

Ἡμιχ. ά. 1. Ὁρῶ. Ἡμιχ. β'. Καὶ πέλας ἄλλος αὐτοῦ
2. Πάνον πυρίφλεκτον αἴρει.

Ἡμιχ. ά. 3. Τίς; ἆρ' ὃς ἐμαῖσι μυθεύεται
4. Παρὰ πήναις
5. Ἀσπιστὰς Ἰόλαος, ὃς
6. Κοινοὺς αἰρόμενος πόνους
7. Δίῳ παιδὶ συναντλεῖ.

Ἡμιχ. β'. 8. Καὶ μὰν τόνδ' ἄθρησον
9. Πτερῶντος ἔφεδρον ἵππου·
10. Τὰν πυριπνεῦσαν ἐναίρει
11. Τρισώματον ἀλκάν.

Στροφὴ β'.

Ἡμιχ. ά. 1. Παντᾷ τοι βλέφαρον διώκω.

Ἡμιχ. β'. 2. Σκέψαι κλόνον ἐν τείχεσι
3. Λαΐνοισι γιγάντων.

Ἡμιχ. ά. 4. Ὧδε δερκόμεθ', ὦ φίλαι.

Ἡμιχ. β'. 5. Λεύσσεις ξὺν ἐπ' Ἐγκελάδῳ
6. Γοργωπὸν πάλλυσαν ἴτυν;
Ἡμιχ. ά. 7. Λεύσσω, Παλλάδ' ἐμὰν θεόν.
Ἡμιχ. β'. 8. Τί γὰρ, κεραυνὸν ἀμφίπυρον
9. Ὄμβριμον, ἐν Διὸς ἑκηβόλησι χερσίν;
Ἡμιχ. ά. 10. Ὁρῶ· τὸν δάϊον
11. Μίμαντα πυρὶ καταιθαλοῖ.
Ἡμιχ. β'. 12. Καὶ Βρόμιος ἄλλον
13. Ἀπολέμοισι κισσίνοισι βάκτροις
14. Ἐναίρει γᾶς τέκνον ὁ βακχεύς.

Ἀντιστροφὴ β'.

Χο. 1. Σέ τοι τὸν παρὰ ναὸν αὐδῶ
2. Θέμις γυάλων ὑπερβῆ-
3. ναι λευκῷ ποδί γ'; . . . .
Ἴων. Οὐ θέμις, ὦ ξέναι.
. . . . . Χο. Οὐδ' ἂν
4. Ἐκ σέθεν ἂν πυθοίμαν αὐδάν;
Ἴων. Τίνα δὲ θέλεις;
Χο. 5. Ἆρ' ὄντως μέσον ὀμφαλὸν
6. Γᾶς Φοίβου κατέχει δόμος;
Ἴων. Στέμμασί γ' ἐνδυτός, ἀμφὶ δὲ Γοργόνες.
Χο. 7. Οὕτω καὶ φάτις αὐδᾷ.
Ἴων. Εἰ μὲν ἐθύσατε πέλανον πρὸ δόμων
Καί τι πυθέσθαι χρῄζετε Φοίβου
Πάριτ' εἰς θυμέλας· ἐπὶ δ' ἀσφάκτοις
Μήλοισι δόμων μὴ πάριτ' εἰς μυχόν.
Χο. 8. Ἔχω μαθοῦσα· θεοῦ δὲ νόμον
9. Οὐ παραβαίνομεν, ἃ δ' ἐκτὸς, ὄμμα τέρψει.
Ἴων. Πάντα θεᾶσθ', ὅτι καὶ θέμις, ὄμμασι.

Χο.

Χο. 10. Μεθεῖσαι δεσπό.)
11. Θεῶ με γύαλα τάδ᾽ εἰσιδεῖν.
"Ιων. Δμωαὶ δὲ τίνων κλήζεσθε δό-
μων;
Χο. 12. Πάλλαδος ἔνοικα
13. Τρόφιμα μέλαθρα τῶν ἐμῶν τυράννων.
14. Παρούσας δ᾽ ἀμφὶ τάδ᾽ ἐρωτᾷς.

In Manuſcriptis Editisque Chorus & Jon indè ab initio ſcenæ interloquuntur. Verſuum diſtributionem nihil hìc commemorare attinet, cum certiſſimum ſit, Jonem usque ad ſecundam Antiſtrophen auditoris tantùm partes agere, quod duobus maximè argumentis conficitur. Primò utique Jon in Choro compellando non dixiſſet ὦ φίλαι, quod in vulgatis facit, ſed ὦ ξέναι, ut in verſu, εἰ θέμις, ὦ ξέναι. Deinde minimè neceſſariæ erant & ſalutatio [σέ τοι τὸν παρὰ ναὸν αὐδῶ] & quæſtio [οὐδ᾽ ἂν ἐκ σέθεν ἂν πυθοίμαν αὐδάν;] ſi antea ſermones miscuiſſent. Majoris aliquanto abſurditatis eſt, quòd ultimam ſecundæ Antiſtrophes ῥῆσιν Creuſæ tribuerint; a nemine enim regiæ conditionis proficisci potuit μέλαθρα τῶν ἐμῶν τυράννων, neque reginam ſanè, ſed ſervam, vel gregem potius ſervarum, allocutus erat Jon. Quoad perſonarum diſtributionem, quam hìc repræſentavi, equidem eam neque veram præſtiterim, neque argumentis tuendam ſuſceperim. Cum enim conſtet, quod ſanè puto, priorem partem Odes inter duos Semichoros diſpertiendam eſſe, ii verò, nullo ſexûs conditionisve diſcrimine ſecernantur, nihil reſtat, quod in partibus dividendis ſequare, præter obſcura quædam interſciſſæ orationis indicia, ex quibus difficillimum eſt primò verum aſſequi; deinde, poſtquam aſſecutus ſis, aliis probare. Quamobrem qui hoc bene perſpectum habet, neque rationum momenta in re tam ancipiti deſideraturum, neque, ſi quæ improbaverit, acriter caſtigaturum eſſe confido.

Quod

Quod ad ſenſum attinet, Pierſoni Veriſ. p. 4. emendationem ſecutus ſum, πανὸν πυρίφλεκτον pro πτανὸν elegantiſſimè reponentis. In ultimo verſu verum ſuppeditavit unus Pariſienſium, conſentiente etiam altero in voce ἐρωτᾷς. Ed. Aldina παρούσας δ' ἀμφὶ τάσδ' ἐρώτα. Reſtat in primâ Strophâ locus non ſpernendæ difficultatis;

5. Ἀλλά γε καὶ παρὰ Λοξίᾳ
6. Τῷ Λατῷς διδύμων προσώ-
7. πων καλλίφαρον φῶς.

Pro καλλίφαρον Canterus, aliique deinceps Eruditi, καλλιβλέφαρον, neſcio quid ſecuti. Mihi per διδυμα πρόσωπα *duplex ædium facies* intelligenda videtur, quo ſenſu notum eſt Pindari πρόσωπον τηλαυγές. Idem exprimere ſolet apud Herodotum μέτωπον. Φῶς nihil aliud eſſe poteſt, quam *nitor* rei alicujus venuſtæ: quod ſi verè ſtatuo, minimè conſentaneum erit epithetum καλλιβλέφαρον. Si templi Delphici pars externa ſculpturis ex muro eminentibus decorata erat, ut ex Pauſaniâ pronum eſt conjicere, easque Chorum in ſequentibus reſpicere intelligimus, non abſurdum fuerit legere καλλιγλύφανον φῶς, quod quidem ſuggerit Nonni εὐγλύφανον μέλαθρον p. 563.

—— εὐγλυφάνοιο παρὰ προπύλαια μελάθρου.

Deſcriptioni imaginum eleganter præmitti videtur hæc earum quaſi ἐν παρόδῳ mentio. Utcunque ſit, unus hìc reſtat verſus, in quo metrum prioris Strophæ & Antiſtrophæ hiulcum eſt. In ſecundâ quatuor omnino verſus renituntur, quartus, quintus, ſextus, undecimus; qui mihi quidem ſic in ordinem cogendi videntur;

4. Ὧδε δερκώμεσθ', ὦ φίλαι —— Stroph.
4. Ἐκπυθοίμαν αὐδὰν σέθεν —— Antiſtr.

5. Αὐ-

— — — —

5. Δδύσσεις ἂν ἐπ' Ἐγκελάδῳ — Stroph.
5. Ἄρ' ὄντως μέσον γ' ὀμφαλὸν — Antiſtr.

— — — —

6. Γοργωπὸν πάλλουσαν ἴτυν — Stroph.
6. Γᾶς Φοίβου δόμος κατέχει — Antiſtr.

— — — —

11. Μίμαντα πυρὶ καταιθαλοῖ — Stroph.
11. Θεοῦ με γύαλον εἰσιδεῖν — Antiſtr.

Quartus Antiſtrophes verſus eadem medicinâ quæ metrum reſtituit, incommodâ repetitione particulæ ἂν liberatur. In quinto obtinere poteſt licentia de quâ ſupra egi Cap. II. juxta quam vocales breves, ſequente μφ vel μπ, nihilominùs corripiuntur. In ſexto Amphibrachys [δόμος κατ] cum Palimbacchio [πάλλουσαν] eodem jure componitur, quo πνέουσαν in decimo prioris Antiſtrophes cum ἅρπαις ὁ in ἀντιστοίχῳ. Undecimum levis mutatio & ſenſui non incommoda, metri normæ adaptavit. In reliquis ſicubi Lector diſcrepantiam animadverterit, eam uſitatam & permiſſam eſſe ex præcedenti capite intelliget.

CAPUT XVIII.

Modeſtiam in rebus divinis examinandis non immeritò laudant etiam Viri cordati; præ omnibus verò fanatici, quibus multò expeditius eſt modeſtiam prædicare, quam magiſtrorum ſuorum ſomnia argumentis tueri. Neque ab hac conſuetudine aberrat, quò magis veterum & recentium ſimilitudinem agnoſcas, Euripideus Bacchantium Chorus, quaſſator ille thyrſi, ululator montanus, qui nihil ſæpiùs libentiùsve per furoris intervalla ſuc-

ſuccinit, quam ne quis plus æquo in numinum cultu ſapiat;

v. 427—429.

Σοφὸν δ' ἀπέχειν
Πραπίδα, φρένα τε
Περισσῶν παρὰ φωτῶν —

Σοφὸν hìc *verè ſapiens* interpretari potes. Alibi τὸ σοφὸν *faſtuoſa ſapientia* eſt, ſive τὸ περισσὸν τῆς σοφίας, ut in his;

v. 393—395.

Τὸ σοφὸν δ' οὐ σοφία,
Τό τε μὴ θνητὰ φρονεῖν
Βραχὺς αἰών —

Contra, quietum vivere, id eſt, popularium ſacris contentum, hæc illis unica ad beatè vivendum ratio eſt;

v. 388—391.

Ὁ δὲ τᾶς ἡσυχίας
Βίοτος καὶ τὸ φρονεῖν, ἀσά-
λευτον μένει καὶ συνέχει
Δώματα —

Idem alio etiam loco dixerant, ſed a Librariis mirè depravato;

v. 1000—1003.

Γνώμαν σώφρονα θάνατος ἀπροφάσιστος
Εἰς τά τε θεῶν ἔφυ
Βροτεία τ' ἔχειν ἄλυπος βίος.

Ec-

Ecquis hic vel umbram ſententiæ viderit? Legendum utique, ni fallor;

Γνώμαν σώφρον' ἄφθαρτος, ἀπροφάσιστος,
Εἰς τά τε θεῶν ἴσον
Βροτεῖα τ' ἔχειν ἀλύπως, βίος.

Rectè ἄφθαρτος adhiberi potuiſſe, oſtendit verbi φθείρειν, vel διαφθείρειν, ſolennis & perpetuus fere uſus, ubi de σωφροσύνης corruptelâ agitur. Confer Hippol. v. 376. & 1008. Bacch. v. 318. ἀπροφάσιστος eſt qui nunquam, quæſitis ultrò ratiunculis, officium detrectat, ſive, qui ſimpliciter τὸ καθῆκον ſpectat, ut illi apud Thyream:

Ἄμφω δ' ἀπροφάσιστα τὸν οἴκαδε νόστον ἀφέντες
Οἰωνοῖς θανάτου λείπομεν ἀγγελίαν.

Antholog. L. III. p. 205.

Reliqua confirmatione non indigent; quis enim in ἴσον ἔχειν, vel in ἀλύπως ἔχειν hæreat? Sequentibus tamen non inutile erit operam impendere;

Τὸν σοφὸν οὐ φθόνῳ χαίρω θηρεύουσα —

Φθόνῳ θηρεύειν vix, credo, concoquent eruditi. Poſſunt tamen interpretari, qui manuſcriptorum reverentiâ tenentur, *Sapientem non multùm invidiâ proſequor, ſed illa generis diverſi;*

Τὰ δ' ἕτερα, μέγαλα φανερά τ' ὄντ' ἀεί,
Ἐπὶ τὰ καλὰ βίον
Ἦμαρ εἰς νύκτα τ' εὖ
Ἄγοντ' εὐσεβεῖν.

Ed. Ald. μέγαλα φανερὰ τῶν ἀεί. Verùm quod repono explicat & illuſtrat Tireſias, v. 201–203.

Πατρὸς παραδοχὰς, ἅς θ' ὁμήλικας χρόνῳ
Κεκτήμεθ', οὐδεὶς αὐτὰ καταβάλλει λόγος,
Οὐδ' εἰ δι' ἄκρων τὸ σοφὸν εὕρηται φρενῶν.

Quid? quod neque in his Tireſiæ verbis mens Auctoris intelligitur. Si quis enim reputet Baccharum ſolennia, Cadmi & Tireſiæ ævo, recens Thebas advecta eſſe, neque adeò πατρὸς παραδοχὰς, vel etiam ὁμήλικας χρόνῳ meruiſſe dici, videbit, ni fallor, Tireſiam quidem de Bacchicis Orgiis loqui, Poëtam interea ſua tempora ritusque Athenienſium reſpicere, quos tum maximè ſollicitare & illudere cœperunt Critias, Alcibiades, aliique, ne Socratem etiam annumerem, Athenis florentes. Ex quo facilis porrò conjectura eſt, non populi tantùm oblectationem hac Tragœdiâ quæſitam eſſe, ſed multò magis Alcibiadis vel occultè monendi occaſionem, vel, poſtquam ſtatu dejectus eſt, occultè lugendi.

CAPUT XIX.

Generoſum, ſi quod aliud, Senis Euripidei in Supplicibus effatum;

V. 1109—1111.

Μισῶ δ' ὅσοι χρήζουσιν ἐκτείνειν βίον,
Νώτοισι καὶ σρωμναῖσι καὶ μαντεύμασι
Παρεκτρέποντες ὀχετὸν, ὥστε μὴ θανεῖν.

Scopus ſententiæ perſpicuus, de verbis quæſtio eſt. Certiſſimum utique mendi argumentum eſt vox νώτοισι, in recenſione eorum, quæ ad longævitatem utilia ſunt, locum non ſuum obtinens. Alias deinde aberrationes indicare, ſimulque medicinam præbere videtur diverſitas lectionis apud Plu-

Plutarchum (Conſol. ad Apollon.), qui, non agnitis quæ in medio verſu dinumerantur, expeditiora hæc & concinniora ſuppeditat;

Βρωτοῖσι καὶ ποτοῖσι καὶ μαγεύμασιν ——

Multis hæc placuiſſe, cum nova quærendi neceſſitatem adimerent, minimè mirandum eſt. Videbit tamen, ſi quis rem diligentius paullò expendat, convenire hic, non quæ vitæ neceſſaria, ſed quæ ſenectuti fovendæ, aut excogitata, aut vulgò certè adhibita ſunt. Deinde illud occurret, lectionem quæ Euripidis MSStos obtinet, non ejuſmodi eſſe, quam veriſimile ſit, aut ex βρωτοῖσι καὶ ποτοῖσι derivatam eſſe, aut a Librariis Grammaticisve ſuffectam. Quæ quidem me impulerunt, ut hanc propiorem veræ putarem, etiam nondum comperto in melius refingi poſſe: deinde in mentem venit pro νωτοῖσι reponendum eſſe λουτροῖσι:

Λουτροῖσι καὶ στρωμναῖσι ——

Frequentior ſenibus apud Veteres balnei uſus, quod vel maximè oſtendit dictum Macriani apud Trebellium Pollionem; *Senex ſum — lavandum eſt mihi frequentius.* Jam illud exemplis compertum eſt, amare Græcos auctores ſimul *balneorum* & *ſtragulorum* mentionem facere, tanquam harum rerum naturale quoddam conjugium ſit. Sic Diodor. Sic. L. I. p. 83. Ed. Weſſ. Οὐδεὶς ἂν οὔτε λουτροῖς, οὔτε ἀλείμμασιν, οὔτε στρωμναῖς προσίετο χρῆσθαι. Athenæus L. XII. p. 512. F. Διά τι τὰ θερμὰ λουτρὰ τὰ φαινόμενα ἐκ τῆς γῆς πάντες Ἡρακλέους φασὶν εἶναι ἱερά; ἢ διά τι τὰς μαλακὰς στρωμνὰς Ἡρακλέους κοίτας εἰώθασι καλεῖν; Æſchylus denique Choëph. v. 668, 669.

Καὶ θερμὰ λουτρὰ, καὶ πόνων θελκτηρία
Στρωμνὴ, δικαίων τ' ὀμμάτων παρουσία.

Tertia apud Plutarchum varietas erat μαγιύμασιν pro μαντεύμασιν, in quam lectionem & ipſe aliquantum propendeo. Quanquam enim ex Hippocrate περὶ παρθενίων appareat, Veteres in remediis morborum quærendis etiam μαντικῆς qualecunque ſubſidium adhibuiſſe, tamen ineſt in μαγιύμασιν contemptûs ſignificatio, inſtituto & menti Iphïos quam maximè oportuna; favetque etiam, quod in libro περὶ ἱερῆς νούσου verbum μαγεύω, unde μάγευμα, de iis non ſemel uſurpetur, qui artes ſuperſtitioſas procurant, ad ægrotos ſanandos, dicam, an decipiendos. Dignum interea animadverſione eſt, M. Antoninum, eadem hæc Lib. VII. cap. 51. citantem, ſenſuque cum Plutarcho convenientem, verbis tamen diſcrepare. Secundùm eum legendum eſſet;

Σιτοῖσι καὶ ποτοῖσι ——

Sed de his eadem ſuſpicio eſt quæ de Plutarcheis.

CAPUT XX.

Quod veriſſimè a Cicerone ſcriptum eſt, jucundiorem eam laudem eſſe, quæ a viris laudatis proficiſcatur, ad officia etiam & benevolentiam, quod tacitum laudationis genus eſt, haud dubié transferri poteſt. Senſi hoc nuper Clariſſimorum Virorum, Hemſterhuſii Ruhnkeniique occaſione, quorum comitas humanitasque cum tanta erga me fuiſſet, quanta in quovis alio valdè delectaſſet, tamen ex ingenio & eruditione eorum, nominisque claritudine, non mediocrem voluptatis acceſſionem capiebam. Senſi etiam ante aliquot annos, cum de Brubachianâ Euripidis editione, quæ paullò ante in Actis Lipſienſibus com-

commemorata erat, ad lumen Germaniæ, Erneſtum, ignotus ad ignotum, ſcripſiſſem. Quam meam importunitatem cum Vir Summus minimè aſpernaretur, imò librum, cujus videndi cupidus eram, ultrò mihi pervolutandum offerret, eumque paullò poſt Londinum ex Saxoniâ usque miſiſſet, facilè cogitari poteſt, quam ſim eo beneficio delinitus, quamque me non ſtudii in Euripide politi pœnituerit, quod ad tales amicitias aditum mihi patefeciſſet.

Cæterum non eſt diſſimulandum, de Supplemento quod in eâ editione Supplicibus ante v. 263. inſertum eſt, multò veriùs Virum Eruditisſimum, quam me, judicaſſe; neminem utique nova hæc bona ſine libri ſcripti mentione prolaturum fuiſſe; quare non modo adulterina ſibi videri, ſed etiam ex ſuperiùs impreſſis repetita. Cui opinioni cum primò criticas quasdam ratiunculas opponerem, commovit poſtea animum Æmilii Porti annotatio, defectum hunc in Melanchthonis verſione undecunque ſuppletum eſſe indicans. Eâ igitur per amicos excuſſâ repertum eſt in Supplicibus Emblema, quod integrum hic apponimus:
„ Hic judicat Philippus textum eſſe mutilum.
„ Quare interponi poterunt ſequentes verſus a Phi-
„ lippo ad complendam ſententiam ſcripti:

„ Τῶν συγγενῶν δ' αἰδεῖσθαι δάκρυά σε χρεὼν,
„ Οἷς οὐ παθοῦσιν ἄξι' ἀμύνειν εὐσεβές.
„ Ἡ γὰρ τεκοῦσά σ' ἐστὶ θυγάτηρ Πίτθεως.

„ *Convenit te vereri lacrymas cognatorum,*
„ *Quibus indigna patientibus auxiliari pium eſt.*
„ *Nam mater tua eſt filia Pitthei.*"

Utinam porrò, ut Supplementi hujus fontem feliciter indagavimus, ita æquè expedita eſſent, quæ aliam varietatem ſpectant. Sedes ejus, perinde ac Supplementi, in Supplicibus eſt, a v. 752. ad v. 770.

770. ubi Brubach'ana, in perſonarum diſtributione, cum Miltoni conjecturis in Barneſianâ receptis, conſentit, niſi quod verſus 767, 768. ſic rectiùs exhibeat;

'Αδ. Δεινὸν μὲν ἦν βάσταγμα, κ' αἰσχύνην ἔχον.
'Αγ. Τί δ' αἰσχρὸν ἀνθρώποισι τ' ἀλλήλων κακά.

Harum mutationum, ut ex amico didici, nullum in Melancthonis verſione veſtigium eſt, Itaque de origine earum nihil facile definiri, aut etiam conjici, poteſt; cum præſertim nullam alibi διττογραφίαν invenerim, quæ vel Manuſcriptos, vel Criticorum acumen redoleat: unam tantùm excipio ad Bacch. v. 599. quam ſuo loco commemorabimus.

EXER-

EXERCITATIONUM IN EURIPIDEM

LIBER SECUNDUS.

PROOEMIUM.

Habet hoc vel juris vel licentiæ Criticorum ratio, ut in Obſervationibus ſcribendis nullum ſibi ordinem præſcribi patiantur, ſed liberè huc illuc vagantes, quicquid maximè arriſerit delibent; apibus fortaſſe comparandi, niſi hæ, quibuscunque inſident floribus, dulcedinem ſurriperent, Critici verò ſublatam emortuamque renovarent. Quorum ego exemplum ſecutus, cum ad Euripidem illuſtrandum accederem, non ſtatim de Tragœdiarum ordine ſervando cogitavi, ſed loca difficiliora, quæque inprimis curam diligentiamque tractandi poſtulabant, ad primos conatus circumſpexi. Ex quo illud boni præter ſpem conſecutus ſum, ut ſingulis capitibus abſolutis, velut partem oneris detractam ſentirem, vegetiorque & alacrior ad proxima me accingerem. Atque hactenus adeo faſtidium & laſſitudinem vitavi, quæ ſi ulteriùs vitare non potuero, feram ſaltem faciliùs, quia ſuperatis jam acclivibus, in plano mihi reliquum itineris futurum eſt. Sunt enim, quæ reſtant ejusmodi, ut brevi molimine modicâque

exemplorum copiâ expediri poſſint. neque proinde lectori multum in judicando negotii præbitura ſint. Atque utinam ſanè ut tædium legendi minùs hac in parte ſentietur, ita præcipuo aliquo voluptatis condimento, tanquam menſa ſecunda, imbueretur. Quod ut minus ſperandum ſit. apponetur tamen, quicquid eſt, ſine longioris præfationis morâ: vos, Convivæ, æqui benevolique accipite.

CAPUT I.

Ab Hecubâ incipimus, fabularum verſuumque ordinem deinceps ſervaturi.

V. 118. non ſatisfacit metro Anapæſtico vox συνέπεσε, cui ſufficit Kingius, ex neſcio quo turbido fonte συνέπεσε. Quid igitur? num ſcripſiſſet Euripides *συνέπεσε κλύδων concoxit tempeſtas*? imo ne nos quidem hodie, niſi ſi quis in Barneſiis & Kingiis numerandus eſt. Interpretatur Scholiaſtes per συνέκρουσε, unde rectâ ad συνέπαισε deducimur, vocem nec invenuſtam nec rei de quâ agitur incommodam. Plutarchus in Pyrrho: *πολλὴ καὶ χαλεπὴ θάλασσα παίουσα πρὸς χώρια δύσορμα καὶ τυφλὰ πάσας διέφθειρε*. p. 716. Ed. Steph. Simile eſt Latinorum *collidere* & *illidere*.

v. 1029, 1030, 1031.

Τὸ γὰρ ὑπέγγυον
Δίκᾳ καὶ θεοῖς οὐ ξυμπίτνει.
Ὀλέθριον, ὀλέθριον κακόν.

Ut hæc intelligantur, legendum οὗ quaſi ὅπου: deinde obſervandum Polymneſtorem, ex Veterum rationibus duplici ſcelere inquinatum fuiſſe; nam & hominum Jura & Jovis Xenii numen cæde

Po-

Polydori violaſſe; unde & Agamemnon duplici nomine ulciſcendum eſſe innuit, v. 852, 853.

Καὶ βούλομαι θεῶν θ' οὕνεκ', ἀνόσιον ξένον
Καὶ τοῦ δικαίου τόνδε σοι δοῦναι δίκην.

Ait igitur Chorus; *ubi contingit eundem & Juſtitiæ & Deis eſſe addictum, exitiale ſemper illud malum eſſe.* Sive, ut pleniùs elegantiuſque a Magno Hemſterhuſio redditur; *ubi*, id eſt, *in quo*, vel, *in quem cadit & concurrit, ut ob crimen commiſſum ſimul & humanæ juſtitiæ & Deorum vindictæ ſit obnoxius ac velut oppignoratus, illi certiſſimum exitium imminet.* MS. Cotton. ὀξὺ πῆμα, quod Correctoribus, ni fallor, imputandum.

CAPUT II.

Relicto Oreſte, ad Phœniſſas tranſimus.

V. 179. non intelligo quo ſenſu pecudes dici poſſint γῆς φιλαιμάτου ῥοαὶ, aut quid ſit omnino γῆς ῥοαί. Senſui ſatisfacit χοαὶ, uſuque Græcorum commendatur, qui χοὰς ſolènniter vocant, quæ aut Mortuis, aut Diis Inferis, aut denique Telluri libantur. Infra v. 940.

—— φόνιον αἷμα γῇ δοῦναι χοάς.

Et liquores quidem propriè; catachreſticè ad alia transferunt, ut hîc Euripides ad pecudes, Heliodorus ad comas p. 330. Ed. Bourdelot. Καὶ ἐπιφέρω χοὰς ἐκ τῆς ἐμαυτῆς πλοκάμων. vid. etiam p. 280.

V. 373. Meritò indignatur Valckenaerius, caſtigatiſſimo Euripidis ingenio imputari, quæ hîc exhibent Manuſcripti;

—— ξένην πόλιν
Ναίω, δι' ὄσσων ἄμμ' ἔχων δακρυῤῥοῦν.

Addo & illud; videri mihi Polynicem a Poëtâ depictum eſſe, non ut qui lacrymis perpetuò maderet, ſed ut cui humor intra oculos diuturnitate ægritudinis conſiſteret; qualem & Parrhaſius Philoctetem exhibuit, teſte Glauco Antholog. Lib. IV. p. 312.

Ἔν τε γὰρ ὀφθαλμοῖς ἐσκληκόσι κωφὸν ὑποικεῖ
Δάκρυ, καὶ ὁ τρύχων ἐντὸς ἔνεστι πόνος.

Unde legere malim;

Ναίω, δι' ὄσσων νᾶμ' ἔχων δακρυῤῥοοῦν.

Διὰ ὄσσων in oculis, ut *διὰ χειρῶν ἔχειν in manibus habere*, *διὰ στέρνων in pectore* Soph. Antig. v. 650. *διὰ καλυμμάτων intra velamen* Iph. in Taur. v. 372. *διὰ κυμάτων in undis* Iph. in Aul. v. 948. *νᾶμα δακρυῤῥοοῦν lacrymas*, *lacrymarum laticem*, ut *πηγὰς δακρυῤῥόους* Herc. Fur. v. 98. Malit Hemſterhuſius *νᾶμα χέων δακρύῤῥοον*, Anapæſto, quod lætus video, non offenſus.

1386. Parum mihi credibilia videntur, quæ narrat Scholiaſtes de Martis ſacrificulis faces ante aciem jaculari ſolitis; neque ulla veſtigia hujus conſuetudinis, quæ quidem memini, apud Veteres extant: tantùm abeſt, ut tanquam res uſitata, obiter & perfunctoriè commemorari debuerit. Itaque mutatâ interpunctione ſic potiùs locum conſtituendum puto:

Ἐπεὶ δ' ἀφείθη, πυρσὸς ὥς, Τυρσηνικῆς
Σάλπιγγος ἠχὴ ——

Quum verò Tuba Tyrrhena ſignum, facis vice, dediſſet. Facis vice dicit, quia in curſuum certaminibus quæ hic reſpicit Euripides, ſignum face pro-

projectâ datum eſt. Ariſtoph. Ran. v. 131. & ſeq.

> Ἀφιεμένην τὴν λαμπάδ' ἐντεῦθεν θεῶ,
> Κἄπειτ', ἐπειδὰν φῶσιν οἱ θεώμενοι
> Εἶναι, τόθ' εἶναι καὶ σὺ σαυτόν.

Heliodor. p. 156. Ed. Bourd. τοῖς ὁπλίταις δρομεῦσι δᾷδας ἀναφαίνειν τὸν ζάκορον νόμιμον. Curſuum porrò certamina hìc reſpici non obſcurè indicant ſequentia;

> Ἦιξαν δρόμημα δεινὸν ἀλλήλοις ἔπι.

Quod autem ſcribunt, Tubas eo tempore nondum inventas fuiſſe, æquè id contra Euripidem valet, ſi alteram interpretationem ſequamur. Unde enim habuit quæ de Tubâ dicit Nuncius?

Confirmat nunc ſuſpicionem univerſa Poëticarum comparationum ratio. Nemo comparat res ejuſdem generis, aut eundem uſum præſtantes, enſem puta acinaci, togam pallio. Ineptum itaque facis conjectum, ſiquidem prœlii ſignum erat, tubæ clangori, uſitatiſſimo quippe ſigno, aſſimilari. At nihil prohibet, inter Tubam, belli miniſtram, & Facem, in pacifico certamine adhibitam, comparationem inſtitui.

Durum putatur, & eſt revera, ἀφείθη σάλπιγγος ἠχή. Videndum tamen, an non verbum, quod ſic poſitum offendit, juxta veterem interpretationem in poſteriori membro ſupplendum ſit, hoc fere modo: ἐπεὶ δ' ἀφείθη πύρσος, ὡς ἠχὴ σάλπιγγος ἀφίεται). Eſt enim comparationi prope neceſſarium, ut verbum participiumve, a quo inchoatur, utrique membro applicari poſſit. Quemadmodum in his;

> Ἀλλ' οὐκ Ἰδομενῆα φόβος λάβε, τηλύγετον ὥς,
> Ἀλλ' ἔμεν', ὡς ὅτε τις σῦς οὔρεσιν ——

Nulla

Nulla comparatio eſſet, niſi φόβῳ λαμβάνεαξ in σκλύγετον caderet, aut μένῃ cum σῦς conjungi poſſet.

CAPUT III.

Medea v. 68. Commodè hunc morem Corinthiorum illuſtrat Johannes Sarisberienſis de Nug. Curial. l. 5. p. 25.

993. Ὀλέθριον βιοτὰν προσάγεις. Dixerat Jaſon v. 562. ſe ideo Creontis filiam ambire, ut liberis ex Medeâ genitis lautioris vitæ ſubſidia compararet. Id igitur conſilium, quia ipſis in exitium verſurum erat, meritò hìc exclamat Chorus; *at tu neſcius pueris exitiales facultates paras.* Βιοτὰν *opes*, *facultates*, ut βίοτον v. 1102.

Βίοτόν θ' ὁπόθεν λείψουσι τέκνοις.

& mox 1107.

Καὶ δὴ γὰρ ἅλις βίοτόν θ' εὗρον.

1359. Καὶ Σκύλλαν, ἣ Τυρσηνὸν ᾤκησεν πέδον. Scyllam in agro Tyrrheno habitaſſe nuspiam alibi proditum eſt. Neque id, credo, voluit Euripides, ſed in freto Siculo eam, ut reliqui omnes, collocavit; unde pro πέδον reponendum ſine dubio πόρον. Cur autem Tyrrhenum vocaverit, quod Hiſtoricis Siculum eſt, neque vacat nunc quærere, neque Eruditos docere neceſſarium eſt.

Idem porro vitium & Herculem Furentem inſedit, in quo mulier animoſa & mortis contemptrix Socerum ſic alloquitur:

Νῦν οὖν τίν' ἐλπίδ' ἢ πόρον σωτηρίας
Ἐξευμαρίζῃ, πρέσβυ;

Πέ-

Πέδον σωτηρίας rectè jam a Viris Eruditis repudiatum eſt. At πόρον optimè convenit, præſertim poſt ἐλπίδα. Ecce enim ipſam locutionem, ſed ab Ariſtophane ridiculè detortam; Veſp. v. 305.

— ἔχεις ἐλ-
πίδα χρηστήν τινα νῷν, ἢ
Πόρον Ἕλλας ἱερόν.

Ἐλπίδ' ἢ πόρον propriè erat *ſpem aut viam.* Πόρον Ἕλλας ἱερὸν itidem propriè *ſacrum Helles fretum.* Confundit hæc Ariſtophanes, atque eâ occaſione riſum captat; quem vix, credo, ſperare potuiſſet, niſi in vocibus ἐλπὶς & πόρος conjungendis aut nobilis aliquis Poëta præiviſſet, aut etiam recepta Græcorum conſuetudo.

C A P U T IV.

Hippolyt. v. 121. ὠκεανῦ τις ὕδωρ. Tria ſunt in hujus fontis deſcriptione mirabilia; primo utique aquam ſalſam fuiſſe & marinæ ſimilem; deinde non ex humo ſubmiſſam, ſed deorſum a rupe præcipitatam; poſtremò non ſenſim deſtillasſe, ſed largo copioſoque latice profluxiſſe. Ut non conſtet hujuſmodi fontem ullum uſpiam extitiſſe, non tamen exiſtimandum eſt Euripidem ſomnia tantùm & ingenii commenta referre, cum præſertim non magnam in vulgus ſpeciem habeant, quæ hic enarrantur. Verùm, quod luculentius eſt, Pauſanias in Corinthiacis duos fontes commemorat, alterum qui aquam non ex humo ſubmiſit, ſed deorſum a rupe præcipitavit, cui propterea nomen inditum eſt στάζουσα πηγὴ p. 50. l. 35. Ed. Sylburg. alterum verò qui aquam ſalſam largo copioſoque latice profudit. Hæc igitur fontis Euripidei archetypa fuiſſe videntur, cujus

jus deſcriptio non tam ut inepta damnanda eſt, quam quod fabulæ miſerationis & affectuum plenæ minus commodè adſuatur.

164. Verum eſſe ἀφροσύνας nunc demùm video. Depravationem mentis ex morbis virgineis generari teſtatur Hippocrates in tractatu περὶ παρθενίων; ex quo veriſimile eſt opponi quodammodo ὠδίνων & ἀφροσύνας: alterum enim nuptarum incommoda, alterum porro virginei ſtatûs indicare.

367. Ὦ πόνοι τρέφοντες βροτούς. Sophocles Trachin. v. 119.

Οὕτω δὲ τὸν Καδμογενῆ
Τρέφει· τὸ δ' αὔξει βιότου
Πολύπονον ——

Idem apud Stobæum p. 355. Ed. Grot.

Βόσκει δὲ τοὺς μὲν μοῖρα δυσαμερίας·
Τοὺς δ' ὄλβος ἡμῶν.

530, 531.

Οὔτε γὰρ πυρὸς, οὔτ'
Ἄστρων ὑπέρτερον βέλος ——

Siderum vel Solis vim incuſabant Veteres, ſi quis aut exanimis repente concidiſſet, aut ſubitâ tabe confectus eſſet, quorum utrumque θευμορίης nomen obtinuiſſe videtur. Antipater in Antholog. Ined. cum quo conferendus Homerus in Patrocli morientis deſcriptione:

Αὔσονος Ἡγερίου μ' ἔλαχεν νεκρὸς, ᾧ μετιόντι
Νύμφην, ὀφθαλμοὺς ἀμβλὺ κατέσχε νέφος,
Ὄμματα δὲ πνοιὴν συναπέσβεσε, μοῦνον ἰδόντος
Κούρης· φεῦ κείνης, ἥλιε, θευμορίης.
Ἔῤῥοι δὴ κεῖνο φθονερὸν σέλας, εἴθ' Ὑπερίων
Ἧψέ νιν οὐκ ἐθέλων, εἴτ' Ἀΐδης ἐθέλων.

De-

Deſcripſi, ut quidem legendum puto. Apographum Meermannianum με λέγει νεκρὸν, & in verſu penultimo εἴθ' Ἀΐδης ἐθέλων: Ruhnkenianum contra με λέγω νέκυν & εἴθ' Ὑμέναιος, quod poſtremum Correctori imputo. Alteram opinionem reſpicit Callimachi Epigramma, nonniſi ex hac alluſione intelligendum;

Θεσσαλικὲ Κλεόνικε, τάλαν, τάλαν, οὐ μὰ τὸν ὀξὺν
  Ἥλιον, οὔ σ' ἔγνων· σχέτλιε, ποῦ γέγονας;
Ὀστέα σοι, καὶ μοῦνον ἔτι τρίχες· ἦ ῥά σε δαίμων
  Ὡμὸς ἔχει, χαλεπῇ δ' ἤντεο θευμορίῃ.
Ἔγνων· Εὐξίθεός σε συνήρπασε, καὶ σὺ παρελθὼν
  Τὸν καλὸν, ὦ μόχθηρ', ἔβλεπες ἀμφοτέροις.

Dedi, ut ab Eruditis jam emendatum eſt. Appoſitè porrò Heſychius: Ἀστροβόλητοι, οἱ ὑπὸ τοῦ κυνὸς βαλλόμενοι. Eandem opinionem reſpicit nomen apud Latinos *ſideratorum*.

534. Ἔρως, ὁ Διὸς παῖς. Cupidinem Jovis filium vulgò non invenias. Virgilius tamen in Ceiri;

— Malus ille Puer, quem nec ſua flectere Mater
Iratum potuit, quem nec Pater atque Avus idem
Jupiter —

Lactantius Inſtitut. I. 17. *Venus genuit ex Jove Cupidinem.* Sed & Jupiter apud Appuleium Miles. Lib. VI. Cupidinem alloquens; *licet tu, Domine Fili* &c.

570—595. Horum ᾀσματίων Tituli ſic, ni fallor, ſcribendi erant;

Περὶ

Προῳδός.

Τίνα θροεῖς αὐδάν;
Τίνα βοᾷς λόγον;
Ἔνεπε τίς φοβεῖ σε
Φήμα, γύναι, φρένας ἐπίστυγος;

— — —

Στροφή.

Σὺ τῷδε κλῆθρα· σοὶ
Μέλει πομπίμα
Φάτις δωμάτων.
Ἔνεπε δ' ἔννεπέ μοι
Τί ποτ' ἔσω κακόν.

— — —

Ἀντιστροφή.

Ἰαχὰν μὲν κλύω,
Σαφὲς δ' οὐκ ἔχω
Γεγωνεῖν ὄπα
Διὰ πύλας ἔμολεν
Ἔμολέ σοι βοά.

— — —

Ἐπῳδός.

Ὤ μοι ἐγὼ κακῶν·
Προδέδοσαι, φίλα.
Τί σοι μήσομαι; τὰ
Κρυπτὰ γὰρ πέφηνε, διὰ δ' ὄλλυσαι.
Φαι. Αἶ, αἶ, ἔ, ἔ. Χο. Πρόδοτος ἐκ φίλων.

1117.

1117. Nulla fere apud Græcos uſitatior licentia eſt, quam ut præpoſitio κατ᾽ ante nomina temporis reticeatur. Sic κρεταίῃ καύματος ὥραν apud Athenæum L. III. p. 125. C. ἱερεῖα τε παμπληθῆ θύουσι ταύτην τὴν ἡμέραν. L. IV. p. 139. F. ἤρξαντο τὴν αὐτὴν ὥρην Hippocr. Epidem. Lib. 1. Conſtit. 3. & ſtatim ὑπέστρεψεν ἀμφοτέροισι τὴν αὐτὴν ὥρην. Idem hic in τὸν αὔριον χρόνον obtinet, pro quo ſine ellipſi dicendum eſſet κατ᾽ τὸν αὔριον χρόνον. Sed & hoc vitioſum eſſe intelliget, qui vim ſententiæ diligentiùs paullo excuſſerit. Quid eſt enim *craſtino die mores ſemper mutare?* Legendum, niſi admodûm fallor, ὥριον, ut ſenſus ſit; *mores flexiles tempeſtivè ſemper immutans.* Legitimum eſſe χρόνος ὥριος teſtatur Anthologia L. II. p. 179.

— ὅτ᾽ ἂν χρόνος ὥριος ἡμῖν
Πάντα χύδην ἔστω, ψαλμὸς, ἔρως, προπόσεις.

CAPUT V.

Alceſt. v. 595.

Πόντιον τ᾽ Αἰγαῖον ἐπ᾽ ἀκτὰν
Ἀλίμενον Πηλίου κρατύνει.

Non ſolet tam largus eſſe epithetorum Euripides, ut eum tria in vocem ἀκτὰν, duo præſertim tam illepida, congeſſiſſe credamus. Ignorabant, credo, Græci Pelion ad mare, deinde ad Ægæum ſitum eſſe, eâque de cauſſâ quod ibi litoris eſt πόντιον & Αἰγαῖον appellandum erat. Legendum, ni fallor, πόντιον τ᾽ αἰγιαλὸν, ut ſenſus ſit, *marinum verò litus usque ad oram importuoſam Pelii imperio regit.*

Accedent huic capiti quæ in Andromachen commentatus ſum.

V. 603. Legendum τὸν σὸν cum Aldinâ & Manuſcriptis, quorum tamen duo τὸ σὸν in margine commemorant. Plena locutio fuiſſet τὸν σὸν Φίλιον Δία, ut Hecub. v. 345. τὸν ἐμὸν Ἱκέσιον Δία. Solet autem Δία in hujusmodi locutionibus, ſaltem poſt φίλιον, reticeri, ut in illo; Μὰ τὸν φίλιον, τὸν ἐμόν τε καὶ σὸν, ὃν ἐγὼ ἥκιστ' ἂν ἐπιορκήσαιμι. Plato Op. p. 433. C. Ed. Ficin. Sic & Lucianus in Icaro-Menippo: Μηδὲ πρὸς Φιλίου με περιίδῃς. Λιπόντες θεοὺς dicuntur, qui ſolum mutantes tutelæ eorum ſe ſubducunt, ut Ægyptii, quos Pſammetichus θεοὺς πατρῴους ἀπολιπεῖν οὐκ ἔα. Herodot. p. 116. Ed. Weſſeling.

651. Ἣν χρῆν σ' ἐλαύνειν τήνδ' ὑπὲρ Νείλου ῥοάς. Male Barneſius τῆδ'. Elegans loquendi forma eſt, Bentlejo (ad Callimach. Epigr. 44.) jam olim animadverſa, qua Poëtæ, poſitis primò Antecedente & Relativo, Antecedens vel ſynonymum aliquid in eodem commate denuò ſubjiciunt. Ariſtoph. Avibus v. 1103.

Οἷς ἄγαθ', ἣν κρίνωσιν ἡμᾶς, πᾶσιν αὐτοῖς δώσομεν.

Euripides infra v. 710. ex fide Manuſcriptorum & Ed. Fl.

—— ἣν ὅδ' ἐξ ἡμῶν νεκὼς
Ἕλκει δι' οἴκων τήνδ' ἐπισπάσας κόμης.

Homerus Il. Ε. v. 424.

Ἦ μάλα δή τινα Κύπρις Ἀχαιϊάδων ἀνιεῖσα ——
Τῶν τινα καῤῥέζουσα Ἀχαιϊάδων ἐϋπέπλων.

Ubi parùm intereſt, τῶν pro ὧν, an pro ἐκείνων accipias. Adde Sophocl. Philoctet. v. 327, 8.

849. Vix credo Euripidem, vel quenquam omnino Veterum ὅλων ὁρίων dixiſſe. Lego igitur,

Καλὰ

Κατὰ πόντον, ἢ καθ' ὕλαν, ἢ ὀρέων
Ἵνα θανοῦσα νερτέροισι μέλω.

Ἵνα ὀρέων, ut ſupra v. 168. γνῶναί θ' ἵν' εἶ γῆς.

CAPUT VI.

20. Χρείας ἐμῆς. Legendum putem χώρας ἐμῆς. Φόρτος χώρας eſt neceſſitas vel opis Argivis ferendæ vel ſupplicum jura violandi, quod quale fuerit, infra ſignificatur v. 301, 2.

Ἐγὼ δέ σ', ὦ παῖ, πρῶτα μὲν τὰ τῶν θεῶν
Σκοπεῖν κελεύω, μὴ σφαλῇς ἀτιμάσας.

Ἔχων elegantur pro φέρων, ut Herc. Fur. v. 732.

—— Ἔχει γὰρ ἡδονὰς θνήσκων ἀνὴρ
Ἐχθρός.

321. Temeritatis Athenienſes arguebant, qui gloriæ eorum minus favebant, quòd plerumque infirmiorem partem ſequerentur. Iſocrates in Panegyrico; Διὸ καὶ κατηγοροῦσί τινες ἡμῶν, ὡς οὐκ ὀρθῶς βουλευομένων, ὅτι τοὺς ἀσθενεστέρους εἰθίσμεθα θεραπεύειν. vid. infra v. 576. Heraclid. v. 177. Hinc veriſimile fit ἄβουλος ὡς κεκερτομημένη ad eandem calumniam pertinere, ut ordo conſtructionis ſit, κεκερτομημένη ὡς ἄβουλος. Sequentia, ut nunc quidem ſcribuntur, difficultate non carent; ſed legendum γοργὸν ab adjectivo γοργὸς *terribilis.* Ὁρᾷς inquit illa,

—— γοργὸν ὡς ἀναβλέπει
Σὴ πατρίς; ἐν γὰρ τοῖς πόνοισιν αὔξεται.

Vides, patria tua quam terribilem aſpectum habeat? nempe in ipſis laboribus augeſcit.

„ Structura loci ſic, ni fallor, inſtituenda: Ὁρᾷς, „ σὴ πατρὶς κερτομουμένη ὡς ἄβουλος, ὡς γοργὸν ἀναβλέ- „ πει τοῖς κερτομοῦσι, *quàm torvos oculos tollat adver-* „ *ſùm irriſores.* De ἀβουλίᾳ Athenienſibus a Neptu- „ no injectâ Schol. Ariſtoph. ad Nub. 587. ubi pro- „ latus Eupolidis locus plenus exhibetur ab A- „ then. x. p. 425. B, & ad Eccleſ. v. 471."

HEMSTERHUS.

368. Πελασγία. Legendum Πελασγίᾳ. *Pia erga Deos, & magni æſtimanda in Pelasgiâ & ad Argos.*

375, 376. Nihil his verſibus impeditius, quos unâ literulâ mutatâ ſic refingo:

—— κερανεῖ ποτ' ἄρα φίλια Μοῖρ'
Ἐμοὶ, καὶ τέκνοισιν ταφὰς ληψόμεθα;

652. Εὐαγῆ. Verè Arnaldus Lect. Gr. p. 58. *a quo longè latèque proſpici poteſt.* Æſch. Perſ. v. 466. ἕδραν γὰρ εἶχε παντὸς εὐαγῆ στρατοῦ. Heſychius: Εὐαγές —— εὔοπτον.

„ Euripidis loco apte convenit interpretatio: „ ipſi voci convenire, fuerat oſtendendum. Εὐ- „ αγὴς ſi ducatur ab ἄγος, quid ſit, notum eſt, „ quemadmodum ἀναγὴς, δυσαγής· ſi ab ἄγω, „ *duco*, erit *agilis*, *flexibilis.* qua poteſtate ca- „ pitur in Hippocr. περὶ διαίτ. II. p. 363. 34. „ neque aliter Henr. Stephan. intellexit Anth. I. „ c. 60. Ep. 6. Χαίρειτ' εὐαγέες (μέλισσαι) in Th. „ L. Gr. T. 1. p. 126. C. *agiles apes, quod* „ *per aërem ferantur cito & facile:* vel *mobilis*, „ *volubilis*, ut in Aretæo p. 19. vſ. 33. ὀφθαλμοὶ „ εὐαγέες, λαμπροὶ, exponi poſſunt, licet *puros* „ dederit Craſſus, Wiganus *lucentes*, quod vix „ perſpicias unde pendeat, niſi legiſſe vel legi vo- „ luiſſe ſtatuas εὐαυγέες· junguntur tamen itidem „ ab Adamantio Phyſiogn. I. c. 9. ὀφθαλμοὶ με- „ γάλοι τε καὶ λαμπροὶ καὶ εὐαγεῖς, cujus vice admodum

„ vi-

,, vitioſe εὐλαβεῖς Polemo præfert. Porro ſi ab
,, ἄγω, ἄγνυμι, *frango*, ſignificabit *fragilem*, *qui-*
,, *que facile comminui poſſit*; quo pertinet Suidæ
,, locus ita ſcribendus: Εὐαγὴς, εὐκόλως κεκλασμέ-
,, νον, & στάχυς εὐαγὴς idem qui εὔκλαστος, εὔθραυ-
,, στος, apud Etym. in v. Δημήτηρ. In his, ſicu-
,, ti linguæ norma poſtulat, penultima corripi-
,, tur: aliis in locis eadem vox ſyllabam illam
,, habet productam: Leonid. Anth. VI. 27. Ep.
,, 6. Καὶ πέλεκυν ῥυκάναν τ' εὐαγέα, καὶ περιαγὲς Τρύ-
,, πανον —— Parmen. apud Clem. Al. Str. V.
,, p. 732. —— καθαρᾶς εὐαγέος ἠελίοιο Λαμπάδος
,, ἔργ' ἀΐδηλα —— nimirum forma Dorica naſcun-
,, tur ex εὐηγὴς & περιηγής· quorum illud rariſſi-
,, mum, alterum frequentatur pro *circumacto*,
,, *circumjecto*, *rotundo*: ſæpe tamen quam pro-
,, prie vim habeat obſcurum eſt.; qua de re nunc
,, nihil amplius dicam. Singulare eſt, quod ex
,, Lex. Vet. MS. Bibl. Sangerm. mecum com-
,, municavit Præſtantiſſimus noſter Ruhnkenius:
,, Ἀγής· τοῦτο ἀπὸ συνθέσεως καταλείπεται τοῦ εὐαγὴς,
,, ἢ παναγής. Ἐμπεδοκλῆς· Ἄθρει μὲν γὰρ ἄνακτος
,, ἐναντίον ἀγέα κύκλον. pro παναγὴς, quod longe
,, diverſum eſt, melius ſcripſiſſet περιαγὴς, ut in
,, illo verſu proverbiali, quem ſuggerit Philopon.
,, περὶ Κοσμοπ. p. 179. Μηδ' ὅσον ὀφθαλμοῦ περιηγέα
,, κύκλον ἑλίξαι. Vid. Suid. in Εὐαγής. Nunc in-
,, veſtiga quantum libet, harum, quas notavi in
,, εὐαγὴς, ſignificationum quænam vel Æſchyli
,, verbis vel Euripidis accommodari poſſit, nul-
,, lam, ni fallor, invenies: at ſcripſeris inſerta li-
,, tera εὐαυγῆ, omnis difficultas fuerit ſublata:
,, nam εὐαυγὴς, *locus illuſtris*, vel *qui undique*
,, *conſpici poteſt*, vel *unde proſpectus in vicina*
,, *late patet*. Ratio ſtructuræ in ἕδραν παντὸς εὐ-
,, αυγὴς στρατοῦ itidem expedita, quæ fruſtra quae-
,, ratur in εὐαγής. Enimvero jam dudum vereor,
,, ne εὐαυγὴς per culpam librariorum pluribus lo-
,, cis abierit in εὐαγής· in Jamblichi certe Protr.
,, p. 152. vſ. 23. vice vulgati, λαμπροτάτη τις εὐ-

 ,, αγία,

,, αγία, Cod. Reineſ. quem ipſe cum edito con-
,, tuli, præfert εὐαυγία, quod utique longe melius
,, congruit cum λαμπροτάτη & τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα,
,, quam εὐαγία. Perinde ſe res habet in Platone
,, de LL. XII. p. 989. C. ἃ μαθοῦσι μὲν εὐαγέ-
,, στερα γίγνεται, μὴ μαθοῦσι δὲ σκοτωδέστερα . . . καὶ
,, ἀσαφῆ. Tim. p. 1065. E. ἀέρος τὸ μὲν εὐαγέ-
,, στατον ἐπίκλην αἰθὴρ καλούμενος· ὁ δὲ θολερώτατος ὁ-
,, μίχλη τε καὶ σκότος: unde ſumtum Jamblichi de
,, Myſt. p. 80. vſ. 21. τὸ εὐαγέστατον καὶ ἄκρον τοῦ
,, ἀέρος. Si tum juncta propinquæ, tum oppoſita
,, contrariæ poteſtatis adtente ſpectes, quid prius
,, in mentem veniat quam opportuniſſimum εὐαυ-
,, γής; Accedat Ariſtoteles, vel quicunque nomen
,, ejus mentitus auctor, de Mund. p. 14. vſ. 12.
,, κόσμος . . . λαμπρότητι δὲ εὐαγέστατος. vertit A-
,, pulejus: *ſplendore perlucidus*: quin clarius eti-
,, am cauſſam noſtram ſuffulcit diverſa, quam Sto-
,, bæus ſuppeditat Ecl. Phyſ. p. 78. vſ. 9. lectio,
,, λαμπρότητα δὲ τηλαυγέστατος. in Parmenide quo-
,, que εὐαυγέος ἠελίοιο non ſprevero. Pythagoreis
,, autem in primis αὐγὴ & voces inde natæ pla-
,, cuerunt; unico Theagis exemplo defungar apud
,, Stob. p. 11. vſ. 46. ὁ νόος . . . ἔχων περιαυγέα
,, καὶ διαυγέα τὰν ἔποψιν. Jam neminem opinor
,, fore, qui contendat, pro εὐαυγὴς Græcos vi-
,, tandae κακοφωνίας ergo ſolemni more pronunci-
,, aſſe εὐαγής."

Hemsterhus.

689, 690.

Ἠ τὰς ἄνω τε καὶ κάτω φορουμένας
Ἱμᾶσιν αἰμαλός τε φοινίου ῥοάς.

Attentum Lectorem vix fugiet legendum eſſe,

Ἠ τὰς ἄνω τε καὶ κάτω φορουμένας
Ἱμᾶσιν, αἵματός τε φοινίου ῥοάς.

885. Ἔχαιρε. Lego ἐξῆρε, ut ſenſus ſit; *laborum uſu naturam ſuam ad fortitudinem extulit.* Plutarch. in Pericle; συνεξάρας τὸ ἀξίωμα τοῦ ἤθους. p. 280. Ed. Steph.

1013, 14. Τύχα δέ μοι ξυνάπτει ποδός. Si verba tantùm ſpectanda eſſent, non incommodè verteres: *caſus autem & fortuna viæ me huc detulit.* Verum id de Euadnâ falſiſſimum erat, quæ, certa moriendi, Capanei rogum fortitudini ſuæ velut theatrum deſtinaverat. Itaque ſenſu monſtrante, reponendum;

Ὁρῶ δὴ τελευτὰν
Ἣν ἕσταν, τύχα δέ μοι οὐ
Ξυνάπτει ποδὸς, ἀλλὰ τᾶς
Εὐκλείας χάρις, ἵν'
Ἔνθεν ὁρμάσω —

Video ſanè metam, quam nunc attingo; neque ad eam fortuna viæ me appulit, ſed gloriæ ſpecies, ut hinc me projiciam —

1056. Πρέπεις σ' ὁρᾶν, quod hìc exhibent Manuſcripti, ſenſum incommodum & menti Auctoris planè contrarium efficit. Legendum igitur πρέπεις ὁρᾶν, quod Poëtarum conſuetudo pro ſimplici *videris* vel *conſpiceris* accipiendum docet. Sic Æſchyl. Suppl. v. 727.

ΠΡΕΠΟΥΣΙ δ' ἄνδρες νῆιοι μελαγχίμοις
Γυίοισι λευκῶν ἐκ πεπλωμάτων ΙΔΕΙΝ.

Sophocles Electr. v. 665.

— ΠΡΕΠΕΙ γὰρ, ὡς τύραννος, ΕΙΣΟΡΑΝ.

Reſtat vitium in πενθίμῳ, quod, ni fallor, in πένθιμος mutandum;

Ὡς οὐκ ἐπ' ἀνδρὶ πένθιμος πρέπεις ὁρᾶν.

Quam alienam a luctu propter maritum ſpeciem habes!

1211. Ἴσ' αὐτῶν σώματ' ἁγνισθῇ πυρί. Imo σήματ'. Corpora enim, quod ex ſcenâ præcedenti liquet, jam antea in cineres abierant. De monumentorum heroicis temporibus cultu vid. Everard. Feith. Antiquitat. Hom. Lib. I. c. 12. Alludit etiam diſtichon quoad reliqua obſcurum Epigrammatis in Euripidem;

> Τρὶς γὰρ ἐπαστράψας Εὐριπίδῃ ἐν Διὸς αἰθὴρ
> Ἥγνισε τὰν θνητὰν σήματος ἱστορίαν.

1212. Ἰσθμίας θεῶ Inûs ſive Leucotheæ, cui locus in Iſthmo, unde in mare ſe præcipitaverat, ſacer poſtea habitus eſt. Vid. Pauſan. p. 43. Edit. Sylburg. item Philoſtratum in Iconibus.

C A P U T VII.

120. Πτέρυγ' Εὐβοίας. Strabo p. 445. Ed. Pariſ. συνάπτει δὲ [Εὔβοια] τῇ ἠπείρῳ κατὰ Χαλκίδα μάλιστα, κυρτὴ προσπίπτουσα πρὸς τοὺς κατὰ τὴν Αὐλίδα τῆς Βοιωτίας, καὶ ποιοῦσα τὸν Εὔριπον.

121. Αὖλιν ἀκλύσταν. Recte ἀκλύσταν de Aulide, quæ a vi procellarum defenſa erat. Incertus in Antholog. p. 123. ἀκλύστων ἐκτὸς ἄγειν λιμένων. Inde & de fluviis adhibetur. Plutarch. in Mario p. 756. Ed. Steph. λεῖον δὲ καὶ ἄκλυστον στόμα. Idem Op. Mor. p. 2071. ποταμοί τινες ἄκλυστοι καὶ λεῖοι. Ita enim legendum, non ut vulgò ἄκλαυστοι.

261. Φωκίδος δ' ἀπὸ χθονός. Malim, Φωκίδος διόπος χθονός. Rheſ. v. 741. τίνι σημήνω διόπων στρατιᾶς.

268. Σὺν δ' Ἄδραστος ἦν. Patet neque Socerum Polynicis intelligi poſſe, neque alium eo antiquiorem. Verba ὡς φίλος φίλῳ &c. indicare videntur aliquem, qui cauſſas inimicitiæ cum Agamemnone habebat, quas tamen publico bono poſthabuerat.

buerat. Id ego ad Adraſtum refero, Polynicis filium, cujus meminit Pauſanias p. 62. Ed. Sylburg. quippe ad quem regnum Argivorum, a Pelopidis jam occupatum, hereditario jure pertinebat.

449. Meritò Interpretes ad ἄπαντα ταῦτα hæſerunt. Legendum videtur:

Ἄπαντά τ᾽ εἰπεῖν· τῷ δὲ γενναίῳ φύσιν
Ἀνολβα ταῦτα ——

†Ἄπαντα εἰπεῖν *quidvis dicere.* Plato Apolog. Socr. c. 29. Ἄπαντα ποιεῖν καὶ λέγειν, & poſtea πᾶν ποιεῖν καὶ λέγειν. Diphilus apud Athen. L. IV. p. 223. B.

—— οἷς ἐξουσία
Ἐστὶν λέγειν ἅπαντα, καὶ ποιεῖν μόνοις.

547. Μαινόμεθ᾽ οἴστρων. Canterus μέλομεν, in quo nihil admodum reprehendas, præter verbi μέλομεν exilitatem & languorem. Quippe cum ratione inſaniant oportet, qui profitentur ſcilicet, *curæ ſibi œſtrum* Cupidinis eſſe, duplicem præſertim arcum intendentis. Legerim paullò majore mutatione γέμομεν οἴστρων *pleni ſumus œſtris.* Dicitur γέμω de vitiis & perturbationibus animi, quod etiam Stephanus in Theſauro docet; quin de malis quoque & infortuniis apud Euripidem, H. F. v. 1245.

Γέμω κακῶν δὴ, κοὐκέτ᾽ ἔσθ᾽ ὅπῃ τεθῇ.

694. Ἀλλ᾽ ὁ νόμος αὐτὰ τῷ χρόνῳ συνισχάνει. Malim συνισχνανεῖ. *Sed tempus & mos ægritudinem iſtam mitigabunt.* Ἰσχναίνειν *mitigandi* ſenſu tuetur Æſchylus Prometh.

Ἐάν τις ἐν καιρῷ γε μαλθάσσῃ κέαρ,
Καὶ μὴ σφριγῶντα θυμὸν ἰσχναίνῃ βίᾳ.

Callimachus quoque Epigr. 49. juxta Apographum Meermannianum & Ruhnkenianum:

Αἱ Μοῖσαι τὸν ἔρωτα καλχαίνοντι, Φίλιππε.

Imo & Euripides Oreſt. v. 298. ſi duobus Manuſcriptis fides;

Σύ μοι τὸ δεινὸν ϗ ἀξυμφορώτερον φρενῶν
Ἴσχαινε, παραμυθοῦ θ'.

865. Ἂν ὤσῃ. Legendum videtur ἀνοιστέος. Plutarch. Op. Mor. p. 694. Ed. Steph. ἀλλ' ἀνοιστέος ὁ λόγος, ὥς φησιν Εὐριπίδης. Præceſſerat votum ſenis de vitâ cujusdam ſervandâ. Achillis igitur, utpote rem & perſonam ignorantis, anceps neceſſariò & indefinita eſt reſponſio; *ad temporis futuri arbitrium pertinere, quæ dixerat, neque aliter dijudicari poſſe; gravia tamen eſſe, & rem non exigui momenti indicare.*

1270. Τὸ βουλόμενον. Plutarchus in Artaxerxe p. 1875. Ed. Steph. λεία γάρ τις ἡ πορεία ϗ καταντὴς ἐπὶ τὸ βουλόμενον. Lucian. in Ἔρωτες: ἀκρείτῳ φορᾷ πρὸς τὸ βουλόμενον ἄγειν.

1530. Neque credibile eſt ex Trojæ excidio gloriæ tantùm ad Dianam redundaſſe, neque extra dubium eſt κλέος, niſi de hominum inter homines gloriâ uſurpari poſſe, ut propriè adeò de Achille ſcripſerit Homerus;

Ἄειδε δ' ἄρα κλέα ἀνδρῶν.

Utcunque ſit, vitium certè indicat impedita hujus loci conſtructio, cui ſic levi mutatione ſuccurrerim;

Ἀγαμέμνονί τε λόγχαις
Ἑλλάδι κλεινότατον στέφανον
Δὸς, ἀμφὶ κάρα θ' ἑὸν
Κλέος ἀείμνηστον ἀμφιθεῖναι.

Da etiam Agamemnoni, ut inclytam Græciæ coronam, ſuo autem capiti decus ſempiternum armis circumdet.

C A-

CAPUT VIII.

Iphig. in Tauris v. 6.

> —— ἀμφὶ δίναις, ἃς θάμ' Εὔριπος πυκναῖς
> Αὔραις ἑλίσσων, κυανέαν ἅλα στρέφει.

Egregiè hoc illuſtrat Livius Lib. XXVIII. c. 6. *Fretum ipſum Euripi non ſepties die, ſicut fama fert, temporibus certis reciprocat, ſed temere in modum venti, nunc huc nunc illuc verſo mari, velut monte præcipiti devolutus torrens rapitur. Ita nec nocte nec die quies navibus datur.*

v. 189. Pro τίν' ἐκ reponendum puto φθίνει. Vide enim quam aptè cum ſequentibus cohæreat;

> Φθίνει τῶν ὀλβίων
> Ἀργεῖ βασιλέων
> Ἀρχὰ ——

533. Ὦ πότνι' ὡς ἔστι γὰρ ὁ Λαέρτου γόνος. Speciem habet quod reponit Canterus, ὦ πότνια, πῶς ἔστι —— neque ſanè improbarem, niſi levis mûtatio elegantius aliquid ſuppeditaret;

> Ὦ πότνι', ὡς εὖ· τί γὰρ ὁ Λαέρτου γόνος;

In priori membro reticetur verbum, ut Ariſtoph. Equit. v. 101.

> Ὡς δυστυχῶς, ὅτ' οὐκ ἐλήφθην ἔνδοθεν
> Κλέπτων τὸν οἶνον ——

Sed & poſterius per πράσσει ſupplendum eſt: τί γὰρ ὁ Λαέρτου γόνος πράσσει; ſic infra v. 543.

> Τί δ' ὁ στρατηγὸς, ὃν λέγουσ' εὐδαιμονεῖν;

902. Τὸ μὲν φίλους ἐλθόντας &c. Fruſtra hæc Cho-

ro

ro in Editis tribuuntur. Pyladi unicè conveniunt, Oreſtis & Iphigeniæ mollitiem caſtiganti. Similes ſunt Pædagogi apud Sophoclem partes, Electr. v. 1340.

1144. Παρθένος εὐδοκίμων γάμων. Interpretor: *virgo honeſtis nuptiis oriunda.* Adſciſcit enim & παρθένος genitivum. Herodot. p. 199. Ed. Weſſ. παρθένους ἀνδρῶν τῶν πρώτων. Simile eſt γυναῖκα πολυκλήρων ἀνθρώπων *feminam prædivitibus ortam parentibus.* Homer. Od. Ξ. 211.

Quinto abhinc verſu legendum, metri gratiâ;

Ἐς ἔριν ὁρμένα, πολυποίκιλα.

Sophocles Oed. Tyr. v. 187.

Ὄρμβρον ἀκτὰν πρὸς ἑσπέρου
Θεοῦ —— ——

1161. Ὁσία. Malim eum Excerptis Puteanis ὁσίᾳ. *Pietati tribuo quod dico*, id eſt, *Pietatis gratiâ factum puta, quod te a penetralibus templi prohibeo.* ὁσίᾳ δίδωμι, ut Helen. v. 877. νόμον δὲ τὸν ἐμὸν θεοῖσιν ἀποδοῦσαι ——

1207. Καταπρύψαντες. Barneſius κρᾶτα κρύψαντες. Lege κρᾶτα κρύψαντες *capita obnubentes.* vid. Herc. Fur. v. 1231.

1256. Adyta, quæ de interiore templi parte plerumque interpretantur, de terræ etiam ſpiraculis, quale Delphis fuiſſe produnt, uſurpari video. Homeridas Hymn. in Apollin. v. 443.

Ἐς δ᾽ ἄδυτον κατέδυσε διὰ τριπόδων ἐριτίμων.

Virgil. Æneid. L. V. v. 84.

—— *adytis cum lubricus anguis ab imis.*

Lucian. Micyllo c. 25. ἐς τὰ ἄδυτα κατελθών. Inde & hunc locum non incommodè refingas;

Θέσ-

Θέσφατα νέμων ἀδύτων
Ὑπὲρ —— ——

Super hiatum terræ oracula edens. Νέμων θέσφατα, ut Oreſt. v. 591. βροτοῖσι στόμα σαφέστατον νέμει.

1300. Perſonas, quæ in ſequentibus turbantur, ſic reſtituo;

Χο. Μαίνῃ· τί δ' ἡμῖν τοῦ ξένων δρασμοῦ μέτα;
Οὐκ εἶ κρατύνων πρὸς πύλας, ὅσον τάχος;
Ἀγγ. Οὐ, πρίν γ' ἂν εἴποι τοῦπος ἑρμηνεὺς τόδε,
Εἴτ' ἔνδον, εἴτ' οὐκ ἔνδον ἀρχηγὸς χθονός.
Ὠή, χαλᾶτε κλῆθρα —— ——

CAPUT IX.

Rheſ. v. 43.

Διϊπετῆ δὲ νεῶν πυρσοῖ σαθμά.

Rectè Etymologicon M. διϊπετὴς per διαφανὴς explicat. Bacch. v. 1266.

Λαμπρότερος, ἢ πρὶν, καὶ διϊπετέστερος.

Plutarchus in Mario p. 763. Ed. Steph. εἴτε δαιμονίου τινὸς τὴν γῆν καθαροῖς καὶ διϊπετέσιν ἁγνίζοντος ὕδασι καὶ κατακλύζοντος.

Hìc per *lucidus* interpretor, deinde πυρσοῖς lego in dativo plurali a πυρσὸς, non πυρσοῖ a neſcio quo verbo πυρσόω:

Διϊπετῆ δὲ νεῶν πυρσοῖς σαθμά.

Lucidæ autem facibus navium ſtationes.

110. Φεύγειν. Nondum inaudierat Hector, Græcos fugam capeſſere, vid. v. 77. tantùm faces in caſtris accendiſſe v. 41. Legendum igitur,

> Ὅσις πυρὸς λαμπτῆρας ἐξήρεθης κλύων
> Φλέγειν Ἀχαιοὺς —— ——

Φλέγειν λαμπτῆρας, ut Troad. v. 320.

> Ἀναφλέγω πυρὸς φῶς.

149. Male Manuſcripti ἐν λόχῳ. Ariſtoph. Acharn. v. 512. Φίλοι γὰρ οἱ παρόντες ἐν λόγῳ. Avib. v. 30. ἡμεῖς γὰρ, ὦ 'νδρες, οἱ παρόντες ἐν λόγῳ.

204. Ἐπεί. Solent & alibi Poëtæ interrogationes ab hac voce ordiri. Sic noſter Oreſt. v. 525. ἐπεὶ τίν' εἶχες, ὦ τάλας, ψυχὴν τότε; Æſchyl. Choeph. v. 212. ἐπεὶ τί νῦν ἕκατι δαιμόνων κυρῶ;

358.

> —— νῦν σοι τὸν ἐλευθέριον
> Ζῆνα πάρεστιν εἰπεῖν.

Ferri poſſet εἰπεῖν Ζῆνα, de aliquo qui hymnum vel ἔπος in Jovem *pangeret*. Hic intelligitur hymnis canendis celebrare, quod verbum diverſum poſtulat,

> —— νῦν σοι τὸν ἐλευθέριον
> Ζῆνα πάρεστι μέλπειν.

Confer Ariſtoph. Theſmoph. a v. 970. ad v. 998. ubi quater hoc ſenſu μέλπω occurrit.

468 Πρᾶξαι. Lego πρᾶξιν, id eſt, ποινὴν *compenſationem*. Iph. in Aul. v. 272.

Τᾶς

Τᾶς φυγούσας μέλαθρα ——
Πρᾶξιν Ἑλλὰς ὡς λάβοι.

535 — 537.

Ἀὼς δὴ πέλας, ἀὼς
Γίγνεται, καὶ τίς πρὸ δόμων;
Ὅδε γάρ ἐστιν ἀνήρ.

Pro ἀνὴρ duo Manuſcripti ἀστὴρ, unde facilis reliquorum emendatio;

Ἀὼς δὴ πέλας, ἀὼς
Γίγνεται, καὶ τις προδρόμων
Ὅδε πάρεστιν ἀστήρ.

663.

Σύ τοί με πείθεις, σοί τε πιστεύω λόγοις
Τάξιν φυλάξων εἶμ', ἐλεύθερος φόβου.

Obvia emendatio eſt σοῖς τε πιστεύω λόγοις, ſed & ſic tautologia in priori verſu relinquitur, quam non niſi hoc modo ſuſtuleris;

Σύ τοί με πείθεις, σοῖς τε πιστεύων λόγοις
Τάξιν φυλάξων εἶμ', ἐλεύθερος φόβου.

855. Ἀλλὰ μηχανᾷ τάδε. *Sed hæc machinaris.* Imò potius; ἀλλὰ μηχαναὶ τάδε *ſed hæc omnia fabulæ ſunt.*

928.

—— θρέψειν δὲ σ' οὐ βελτίων ἐχάρμα
Στρυμὼν δίδωσιν —— ——

Lege,

Lege, τρέφειν δ' ἐς οὐ βροτείαν ἐχώραν. Electr. v. 18. Στροφίῳ τ' ἔδωκε Φωκίων ἐς γῆν τρέφειν. ubi cave legendum putes φέρειν. Non enim in Phocidem detulit Strophius, opibus quippe & natalibus clarus, ſed delatum a Pædagogo (Electr. v. 286, 7.) nutrivit.

938—940. Parentheſi juvanda ſunt hæc, utpote quæ vix alioqui intelligas;

> Καὶ τοῦδ' Ἀθάνα παντὸς αἰτία μόρου
> (Οὐδὲν δ' Ὀδυσσεὺς, οὐδ' ὁ Τυδέως τόκος
> Ἔδρασε δράσας) μὴ δόκει λεληθέναι.

971, 3.

> —— Ὅς τε Παγγαίου πέτραν
> Ὤικησε σεμνὸς τοῖσιν εἰδόσιν θεός.

Ex σεμνὸς τοῖσιν εἰδόσιν intelligitur hujus quisquis erat Dei vulgò non agnitum adoratumque fuiſſe numen. Retulerim igitur ad Lycurgum Edonum qui in antro montis Pangæi, teſte Apollodoro, incarceratus, nihilominus a Thracibus, & quidem conjunctis cum Baccho ſacris, colebatur. vid. Strabon. p. 471. A. Ed. Par. Similia fere de Lycurgo, quem tamen Arabem facit, Nonnus p. 369. Ed. Falkenb.

974.

> Βαιὸν δὲ πένθος τῆς θαλασσίας θεοῦ
> Οἴσω ——

Lege Ῥᾷον. Quantus quamque aſſiduus Thetidis luctus fuerit, indicat non obſcurè Callimachus H. in Apoll. 20. qui tantam Pæanis ἰηίεγκαν fuiſſe prædicat, ut hoc audito etiam Thetis a dolore interquieſceret.

CAPUT

CAPUT X.

Troad. v. 119. pro ἐλέγχους Manuſcriptus Harleianus ἐλέγους. Legendum fortaſſe;

> Ἐπιοῦσαν αἰεὶ δακρύων ἐλέγους.

Ἐπιοῦσαν *aggredientem*. Ariſtoph. Acharn. v. 627. τοὺς ἀναπαίςους ἐπιῶμεν. Eurip. Helen. v. 164. τίνα μοῦσαν ἐπέλθω; Tranſitio a Dativo μοι (v. 116.) ad accuſativum ἐπιοῦσαν etiam Sophoclis exemplo defenditur Electr. v. 965.

> —— ἡ πάρεςι μὲν ςένειν
> Πλούτου πατρῴου κτῆσιν ἐςερημένῃ,
> Πάρεςι δ' ἀλγεῖν, ἐς τοσόνδε τοῦ χρόνου
> Ἄλεκτρα γηράσκουσαν, ἀνυμέναιά τε.

Quin & Æſchyli quoque Eumenid.

> Τοιαῦθ' ἑλέσθαι σοὶ πάρεςιν ἐξ ἐμοῦ,
> Εὖ δρῶσαν, εὖ πάσχουσαν, εὖ τιμωμένην
> Χώρας μετασχεῖν τῆσδε θεοφιλεςάτης.

308. De formulâ ἄνεχε, πάρεχε, vid. Bergler. ad Ariſtoph. Veſp. 1317. Quod ſtatim occurrit τόδ' ἱερὸν Latinè reddunt *hoc ſacellum*, quæ interpretatio mihi valdè ſuſpecta eſt. Cum enim appareat Caſſandram in eo laborare, ut verarum nuptiarum imaginem quoquomodo effingat, neque verò δᾳδουχία aut quidquam omnino ad nuptias pertinens in templis celebratum ſit, ſequitur alienam eſſe hanc interpretationem a mente auctoris. Vertendum igitur, qui unus præterea ſenſus eſt; *lumen hoc tædarum*, *fero*, *colo*, *accendo ſanctum*.

Sed, ut ſolet, error errorem peperit. Nam cum ſemel interpretum animos turbaſſet ſacello-

rum, quæ putabatur, mentio, fieri vix potuit, quin, quæ infra leguntur, ad eandem notionem traherent;

> Ὁ χορὸς ὅσιος, ἄγε σὺ Φοῖβε νῦν
> Κατὰ σὸν ἐν δάφναις
> Ἀνάκτορον θυηπολῶ.

Vertunt; *o ſacer Chore, age tu, Phœbe, nunc in laureto, in tuo templo ſacra facio.*

Primum hic vitium eſt, nullam rationem apparere, cur ſe in Apollinis templo verſari, & ſacris operari dicat; nihil enim hoc ad nuptias Agamemnonis. Deinde ἄγε hortatorium comitem adſciscere ſolet verbum aliud & modi quidem imperativi. Poſtremò θυηπολεῖν quod eſt, *ſacrificiis operam dare*, & a vaticinatione & a δυσυχίᾳ valdè diverſum eſt. Ineptum igitur Caſſandram dicere, ſe nunc cum maximè θυηπολεῖν. Legendum videtur;

> Ὁ χορὸς ὅσιος· ἄγε σὺ, Φοῖβε, νιν
> Κατὰ σὸν ἐν δάφναις
> Ἀνάκτορον θυηπόλῳ.

Sancta res eſt Chorus. Tu eum, Phœbe, in laurigero tuo templo celebra, in ſacerdotis tuæ honorem. ἄγε θυηπόλῳ *in ſacerdotis honorem celebra.* Simile eſt ἄγειν ἑορτήν τινι, & quod in Apollonio legimus, Lib. 1. v. 536.

> Οἱ δ' ὥς ἠΐθεοι Φοίβῳ χορὸν ἑσήσαντο.

Adde Nonnum p. 340. Ed. Falkenb.

> Καὶ Σταφύλῳ μετὰ πότμον, ἅτε ζώοντι, χορεύσω
> Ὅττι χορὸν προὔβαλλε φιλοκνίσσοιο τραπέζης·
> Σοὶ, Στάφυλε, ζώοντι καὶ οὐ πνείοντι χορεύω.

Exiſtit

Exiſtit autem ex hac lectione clauſularum quædam connexio, quaſi nempe dixiſſet; *Sancta res eſt Chorus*, *quare neque te*, *Phœbe*, *pigeat*, *eum celebrare.* Proprium porro Apollini Choros ducere, ut Ariſtoph. Avibus v. 218. Indicat denique immenſum Caſſandræ gaudium, quod nuptias ſuas dignas putet, quæ etiam a Divis celebrentur.

323. Δίδου τ', ὦ 'Εκάτα, φάος. Legendum ὦ 'Εκάβα. Sequitur enim ᾇ νόμος ἔχει. Atqui Hecate in ſacris nuptialibus nullas partes habuit. Multa contra officia erant, quæ ad Matrem, & quidem Sponſæ, pertinebant. vid. Iph. in Aul. v. 727. & ſeq.

587. Hectorem liberorum Hecubæ natu maximum fuiſſe diſertè docent Theocrit. Idyll. XV. v. 139. Herodot. p. 158. Ed. Weſſeling. Legendum, ni fallor,

—— σύ τ' ὦ δεῦμ' Ἀχαιῶν
Τέκνων δέ ποθ' ἁμῶν πρεσβυγενὲς, Πριάμῳ
Κόμισαί μ' εἰς ᾅδου.

727.

—— Τούτων οὕνεκ' οὐ μάχης ἐρᾷν,
Οὐδ' αἰσχρὸν οὐδὲν, οὐδ' ἐπίφθονόν σε χρή.

'Ερᾷν cum accuſativo non multùm a veteribus frequentatur, unde alia conſtructio quærenda, quæ unumquodque ſententiæ membrum complectatur: MSSti duo pro σε χρὴ, σε δρᾷν, quod non juvat. Legendum fortaſſe;

—— τούτων οὕνεκ' οὐ μάχας ὁρᾷν
Οὐδ' αἰσχρὸν οὐδὲν, οὐδ' ἐπίφθονόν σε χρή.

'Ορᾷν *meditari*, *propendere in aliquid animo*: Eurip. Antiop. fragm. v. 83.

—— οὐδ' ἐς ὀργίαν βλέπειν.

Orpheus Argon. v. 770.

—— Καὶ ἐς μόθον αὐτίκα λεύσσοι.

Lucian. Amor. p. 424. καὶ Δεκελείας ἐπιτειχιζομένης, καὶ βίᾳ τυραννίδα βλέποντος. Quin & ὁρῶντος in ſimili re pro ἐρῶντος reſtituendum Antigon. fragm. v. 14.

Ἀνδρὸς δ' ὁρῶντος εἰς κύπριν νεανία
Ἀφύλακτος ἡ τήρησις ——

742.

Οὐχ ὡς σφαγεῖον Δαναΐδαις τέξουσ' ἐμόν.

Imo, ni fallor, τέξουσ' ἐγώ: nam ἐμὸν planè frigidum eſt.

1306.

Καὶ χερσὶ γαῖαν κρύπτουσα διπλαῖς.

MStus H. Stephani γλύπτουσα, quod non ſequendum putem. Etenim γλύπτειν propriè eſt *ſculpere*, id eſt, *ſculptoriam artem exercere*, non *ſcalpere unguibus*, quod ne per metonymiam quidem, niſi invenuſtam, ſignificare poteſt. Deinde, ſi veterum conſuetudinem ſpectes, exiſtimes Hecubam manibus potius terram pulſaſſe, quam unguibus excavaſſe. Homerus de Althæâ Il. I. 564.

Πολλὰ δὲ καὶ γαῖαν πολυφόρβην χερσὶν ἀλοία
Κικλήσκουσ' Ἀΐδην, καὶ ἐπαινὴν Περσεφόνειαν.

Hymno in Apollin. v. 332.

Αὐ-

Αὐτίκ' ἔπειτ' ἠρᾶτο βοῶπις πότνια Ἥρη,
Χειρὶ καταπρηνεῖ δ' ἔλασε χθόνα, καὶ φάτο μῦθον·
Κέκλυτε νῦν μοι γαῖα, καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν
Τιτῆνές τε θεοὶ, τοὶ ὑπὸ χθονὶ ναιετάοντες.

Statius Lib. I. Theb.

—— manibusque cruentis
Pulſat inane ſolum, ſævâque ita voce profatur.

Juxta hanc igitur notionem reponendum κορτῶσα, ut Bacch. v. 188. θύρσῳ κροτῶν γῆν. Neque enim verum eſt, quod ſcio nonnullos ſuſpicari, verbum κροτεῖν nullum, niſi in lætitiâ ſignificandâ, locum habere. Nempe, ſenſu primario, planè ἀδιάφορον eſt, quod exempla etiam in Lexicis allata oſtendunt. Itaque nulla ratio eſt, cur gaudio quam dolori propius eſſe exiſtimemus, aut illud rectè exprimere, ad alterum transferri non poſſe.

CAPUT XI.

Bacch. v. 209. δι' ἀριθμῶν *per homines nullius pretii aut exiſtimationis.* Troad. v. 476.

Οὐκ ἀριθμὸν ἄλλως, ἀλλ' ὑπερτάτους Φρυγῶν.

Heraclid. v. 997.

Εἰδὼς μὲν οὐκ ἀριθμὸν, ἀλλ' ἐτητύμως
Ἄνδρ' ὄντα —— ——

404 — 406.

Πάφον θ', ἂν ἑκατόστομοι
Βαρβάρου ποταμοῦ ῥοαὶ
Καρπίζουσιν ἄνομβροι.

Pro Πάφον emendat Reiſkius Φάρον, deinde, eâ lectione poſitâ, Euripidem carpit, tanquam deſultorium, & Bacchas ſuas a Cypro ad Nilum invenuſtè traducentem. Eadem ratione durum, inſulſum, ſolœcum, metricæ denique ignarum probare potuiſſet, talem quippe ſexcentis locis futurum, ſi ex Reiſkii mente reformetur. Quod ad hunc locum attinet, Ægyptum intelligi non ſinunt ἑκατόστομοι ῥοαί, quas nemo Veterum Nilo tribuit. De Papho nunc diſpiciamus.

Et primùm quidem de Cypri fertilitate, quam vox καρπίζουσιν indicat, audiendus eſt, teſtis luculentus, Ælianus; στέλλονται δὲ ἐπὶ τὴν Κύπρον πόθῳ τῆς πόας τῆς ἐκεῖ· λέγονται γὰρ εἶναι βαθεῖαι, καὶ νομὰς ἀγαθὰς ἔχειν. Καὶ λέγουσί γε Κύπριοι εὔγειων οἰκεῖν χώραν, καὶ τῆς Αἰγυπτίων ἀρούραις τολμῶσιν ἀντικρίνειν τὰς σφετέρας. De Anim. V. c. 56.

Neque mirum videri debet, Cyprios inter barbaras gentes recenſeri, quando & Rex Argivorum apud Æſchylum Supplic. v. 285. Danai filias Libyſſis, *Cypriis*, Ægyptiis, Indis, Amazonibus, ſimiles fuiſſe dicit, nequaquam verò Argivis. Paphios nominatim barbaros fuiſſe optimâ ratione colligas ex Maximo Tyrio Diſſert. 40.

Minus expedita eſt vocis ἄνομβροι interpretatio. Licet enim Tacitus auctor ſit, *altaria Paphiæ Veneris nullis imbribus*, *quanquam in aperto*, *madeſcere*; Hiſt. Lib. II. c. 2. Pliniusque, Fanum Veneris Paphi eſſe, *in cujus quandam aream* (MS. *aram*) *non impluit*; Hiſt. Nat. Lib. II. c. 96.; neuter tamen cum Euripide ad amuſſim convenit, qui non fano duntaxat Veneris, ſed univerſæ Paphiorum regioni pluviam ignotam fuiſſe innuit. Verùm, qui fani peculiarem conditionem fuiſſe credit, is neceſſe eſt Numen quoddam loci legitimumque miraculum agnoſcat. Nos igitur, qui hac religione non tenemur, ita potius exiſtimamus; rariſſimos circa eam Urbem, velut in Judæâ & Ægypto, imbres, commodam mentiendi occaſionem Sacerdotibus dediſſe: Euripidem

dem verò, rem, ut erat, accepiſſe, ſed hyperbolicè & more Poëtarum enunciaſſe.

Difficilior nodus eſt in voce ἑπτάστομοι. Quis enim ſibi perſuaſerit, in anguſto Inſulæ, qualis Cypros eſt, ſpatio, tantam Fluvii ullius magnitudinem eſſe, ut numero oſtiorum Nilum atque Iſtrum plusquam decies exſuperet? Aut quis non intelligit hujusmodi rem clara & frequentia Veterum celebratura fuiſſe teſtimonia? Nunc ex unâ Euripidis voculâ fides miraculi hujus pendet, niſi huc referendum putes Appuleii *circumfluum Paphi ſacrarium*, Mileſ. Lib. XI. aut Alcmanis Πάφον περιρρύταν apud Strabon. p. 341. Ed. Par. Scripſiſſe videtur Euripides ἱστατόστομοι *amœno oſtio in pelagus exeuntes.* Audiamus modo Seſtrachi apud Nonnum deſcriptionem p. 246. Seſtrachus enim dicitur, non Bocarus, qui Paphum alluit, fluvius;

Καὶ Πάφον ἁβροκόμων στεφανηφόρον ὅρμον ἐρώτων·
Ἧχι θαλασσιγόνῳ Παφίης νυμφήϊον ὕδωρ
Σέστραχος ἱμερόεις, ὅθι πολλάκις οἴδματι λαβοῦσα
Κύπρις ἀνεχλαίνωσε λελουμένον υἱέα Μύῤῥης.

572. Λυδίαν, quod interpretes ad Lydorum regionem referunt, de Lydiâ, Macedoniæ fluvio, intelligendum eſt, cujus meminit Æſchines *de falſâ Legatione* p. 283. Ed. Taylor. Hoc autem perſpecto, etiam verſuum ordo elucet, ſic proculdubiò reſtituendus;

Ἥξει τε χορεύσων
Ἅμα βακχεύμασιν
Εἱλισσομένας τε Μαινάδας ἄξει,
Τόν τ᾽ ὠκυρόαν
Διαβὰς Ἀξιὸν,

Λυδίαν τε, τὰν τᾶς εὐδαιμονίας
Βροτοῖς ὀλβοδόταν, πατέρα τε,
Τὸν ἔκλυον εὔϊππον χώραν ὕδασι
Καλλίστοισι λιπαίνειν.

Rectè Λυδίαν τε Ed. Aldina & MSSti, pro quo Editi recentiores Typothetarum fortaſſe culpâ, Λυδίαν δέ.

598, 9.

Ἂν πότε κεραυνοβόλος
Ἔλιπε φλόγα Διὸς βροντᾶς.

Legendum βροντὰ, quod & nunc Brubachianam obtinet, neſcio quâ fortunâ invectum. Diſtinguunt Græci inter κέραυνος & βροντή: hoc iis fragorem cœli tonantis ſignificat, κέραυνος verò igneam coruſcationem. Æſchyl. Prometh.

Ὃς δὴ κεραυνοῦ κρείσσον' εὑρήσει φλόγα
Βροντῆς θ' ὑπερβάλλοντα καρτερὸν κτύπον.

Vid. Ariſtoph. Nub. v. 374. & ſeq. Homer. Batrachom. v. 276. κεραυνοβόλος βροντὰ, quod utrumque non ineleganter conjungit, interpretari potes *tonitru flammiferum.*

1058. Οὐκ ἐξικνοῦμαι Μαινάδων ὅσοι μόθων. Legendum, ni fallor, ὅποι μόθων. *Non conſequor oculis ubi Mænadum ſaltatio eſt.* μόθων, μόθωνος, Heſychio & Polluci agnitum, Ariſtophanis etiam auctoritas tuetur Equit. v. 694.

Ἀπεπυδάρισα μόθωνα, περιεκόκκυσα.

Ubi Scholiaſtes: μόθωνα, φορτικὸν εἶδος ὀρχήσεως.

Le-

Sequenti verſu legendum;

Ὄχθον δ' ἐπεμβὰς, ἢ 'λάτην ὑψαύχενα.

Tumulum aſcendens, vel abietem proceram.

1128. Ἐπεῖχε. Rectè interpretes *inſtabat*. Herodotus p. 147. Ed. Weſſ. ἢν μὴ λαμπρὸς ἄνεμος ἐπέχῃ *niſi luculentus ingruat ventus*. Ariſtoph. Pac. v. 1121. παί' αὐτὸν ἐπέχων τῷ ξύλῳ τὸν ἀλαζόνα *ignavum iſtum indeſinenter baculo percute*. Eccleſ. v. 316. ὁ δ' ἤδη τὴν θύραν Ἐπεῖχε κρούων *ille autem januam inſtabat pulſans*. Theſmoph. v. 732. ἐπέχει τις τύχη *inſtat caſus quidam*. Dativum adſciſcit hoc ſenſu uſurpatum: Homer. Odyſſ. Τ. 71. Δαιμονίη, τί μοι ὧδ' ἐπέχεις κεκοτηότι θυμῷ; *o mira, cur mihi inſtas irato animo?* Ariſtoph. Lyſiſtrat. v. 491. χ' οἱ ταῖς ἀρχαῖς ἐπέχοντες *& qui magiſtratus inſectantur*. Eurip. Heraclid. v. 847. Εὐρυσθέως πώλοις ἐπεῖχε *Euryſthei equis inſtabat*.

„ 1208.

„ Χωρίς τε θηρὸς ἄρθρα διεφορήσαμεν.

„ Pierſonus Veriſim. p. 130. corrigens, χωρὶς
„ σιδήρου, quid ſenſus poſtulet, vidit, quid Euripi-
„ des ſcripſerit, non item. Legendum:

„ Χωρίς τ' ἀθῆρος ἄρθρα διεφορήσαμεν.

„ Phrynichus Παρασκ. Σοφιστ. MS. Ἀθὴρ, ἡ ἀκ-
„ μὴ τοῦ ἠκονημένου σιδήρου, ἀπὸ τοῦ ἀθέρος, ὅ ἐστιν, ἀ-
„ στάχυος τὸ ἄκρον καὶ λεπτότατον, παρ' οὗ τὸ ἀθηρηλοι-
„ γὸν καὶ ἀθερίζειν. Sic Æſchylus hac voce uſus
„ eſt, teſte Heſychio: Ἀθὴρ, ἐπιδορατὶς, μεταφο-
„ ρικῶς. Αἰσχύλος Νηρηΐσι. Ejusdem Tragici eſt
„ vox ἀθερὴς, huic, ut videtur, cognata, quam
„ Heſychius & Etymol. M. p. 25. 1. variè ex-

G 5 „ pli-

„ plicant. Lexic. MS. Bibl. Sangerm. Ἀθερὴς, „ ἴσως μὲν ὁ ἀτειρὴς, ἢ ὁ ἄγαν ἐριστικός. Αἰσχύλος „ Ἀγαμέμνονι· Χαλκὸν ἀθερῆ τῆς ἀσπίδος ὑπερτενῆ. ἢ ὁ „ λαμπρὸς, ὁ διὰ λαμπρότητα ἀθερύμενος. ἢ ὁ ἀθερί- „ ζων, καὶ οὐδένος ἔχων λόγον διὰ σκληρότητα. Æ- „ ſchyli verſum in Agamemnone fruſtra quæras."

RUHNKEN.

1250—53.

—— —— εἴθε παῖς ἐμὸς
Εὔθηρος εἴη, μητρὸς εἰκασθεὶς τρόποις,
Ὅταν νεανίαισι Θηβαίοις ἅμα
Θηρῶν ὀριγνῷτ'.

Legendum ἦτ' ἄν. *Tum certè inter juvenes Thebanos feras cominùs aggrederetur.* Homer. Odyſſ. I. 288. ἀλλ' ἐγὼ οὐ πιθόμην (ἦτ' ἂν πολὺ κέρδιον ἦεν.) Ariſtoph. Ran. v. 34. ἦτ' ἄν σε κωκύειν ἂν ἐκέλευον μακρά. Æſchyl. Sept. c. Thebas: ἦτ' ἂν πανώλεις παγκάκως τ' ὀλοίατο.

Verùm & ſic ſententia vitioſa eſt. Nam cum optat Agaue *filium ſibi felicem in venatione fieri*, rationemque ſubjicit, *quia tum cum feris congrederetur*, majus eſt, quod propter alterum petitur, quam id ipſum, cujus cauſâ petitur: tanquam diceres, *Utinam Lynceos oculos haberem, tum enim ſolem viderem.* Quid igitur debet eſſe, quod in aliquo deſideratur, ut feris duntaxat aggrediendis idoneus ſit? Nempe, ni fallor, fortitudo; unde levi mutatione legendum;

—— εἴθε παῖς ἐμὸς
Εὔθυμος εἴη, μητρὸς εἰκασθεὶς τρόποις.

Rectè fortitudinem filio vovens, ſuos mores com-

commemorat, quippe quæ animi virilis laudem ubique ſibi vindicet. Sic v. 1231, 2.

Πάτερ, μέγιστον κομπάσαι πάρεστί σοι
Πάντων ἀρίστας θυγατέρας σπεῖραι μακρῷ
Θνητῶν ——— ———

Εὔθυμος pro *εὔτολμος*, *εὐκάρδιος*, abunde tuetur Pollux Lib. V. ſ. 124.

CAPUT XII.

Cyclop. v. 185, 6.

——— Μηδαμοῦ γένος ποτὲ
Φῦναι γυναικῶν ὤφελ', εἰ μή μοι μόνῳ.

Juvanda hæc majori diſtinctione, ut lepos epiphonematis appareat;

——— Μηδαμοῦ γένος ποτὲ
Φῦναι γυναικῶν ὤφελ' ——— εἰ μή μοι μόνῳ.

Eſt autem prior clauſula deteſtantis & execrantis; poſterior, quæ *παρ' ὑπόνοιαν* ſubjicitur, immodicè perditèque amantis.

291. *Ἱερός τ' ἄθραυστος Ταινάρου μυχοῦ λιμήν.* Recenſentur hìc portus Græciæ Neptuno dicati, adjecto etiam ad favorem conciliandum, arma rapinasque externas diligenter ab iis propulſari. Hoc enim in argumenti partem adſumi, vel ex voce *σῶς* intelligitur. Verùm & *ἄθραυστος* eodem trahunt; ſi mentem Auctoris ſpectes, non injuriâ; ſi vim verbi, parùm conſideratè. *Θραύω frango* de rei ſolidæ fracturâ plerumque adhibetur, ut haſtæ,

Phœ-

Phœniſſ. v. 1408. rotæ Rheſ. v. 118. currûs; Herc. Fur. v. 780. Neque aliter compoſita, ut ἡμίθραυστοι Antholog. pag. 106. de caſâ dictum, tantum non aquis everſâ: ἄθραυστοι Eurip. Phœniſſ. v. 1086. de muris non disjectis. Nihilne igitur intereſt, utrum *non fractus*, *non disjectus*, dicas, an verò *inviolatus* (ſic enim reddunt) in quo eſt ſummæ ἀβλαβείας ſignificatio? Quod ſi parùm commodè per ἄθραυστος exprimatur; multò minùs, quod hìc neceſſariò ſignificandum erat, *bello & armis inviolatus*. Legendum ſcilicet, niſi gravior corruptela lateat;

Δορὸς τ' ἄθραυστος Ταινάρου μένει λιμήν.

Δορὸς ἄθραυστος utcunque interpretari potes *bello illæſus*. Idem infra σῶς, ſed ne id quidem perſpicuè, ſignificat.

672 — 75.

Κυ. Ὁ ξένος, ἵν' ὀρθῶς ἐκμάθῃς, μ' ἀπώλεσε
Ὁ μιαρὸς, ὅς μοι δοὺς τὸ πῶμα, κατέκαυσε.
Χο. Δεινὸς γὰρ οἶνος, καὶ παλαίειν βαρύς.
Κυ. Πρὸς θεῶν πεφεύγασ' — —

Reiskii ingenio debetur elegans hæc perſonarum diſtributio, qui & acutè vidit pro κατέκαυσε reponendum eſſe verbum ad luctationem pertinens. Legendum, ni fallor, κατέκλασε. Lucianus de Gymnas. T. II. p. 888. ὥστε μήλων ἕνεκα καὶ σελίνων τοσαῦτα προπονεῖν καὶ κινδυνεύειν, ἀγχομένους πρὸς ἀλλήλων καὶ κατακλωμένους.

CAPUT XIII.

Heraclid. v. 21. Rectè Canterus, *προτείνων minaciter commonſtrans.* Androm. v. 428. *πρότεινε παιδὸς θάνατον.* Sed præterea legendum;

— οὐ σμικρὰν φιλεῖ
Ἔχθραν γενέσθαι —

Inimicitias non leves plerumque exercere. Nota ex Euripide Argivorum vehementia, notæ etiam vires. Utrumque luculenter illuſtrat Coprei diſcedentis oratio v. 275. & ſeq.

256. Οὔκουν ἐμοὶ τόδ' αἰσχρὸν, ἀλλὰ σοὶ βλάβος. Egregium profectò argumentum ne quis ſupplices ab injuriâ tueatur: *Non ergo in me infamia, ſed in te redundatura eſt.* Enimverò, ut Demophontem a propoſito abduceret, contrario planè ſenſu dicendum erat: *in me quodcunque eſt dedecoris, non in te recidet.* Sed & Græca, leviter immutata, hoc exprimunt;

Οὐκοῦν ἐμοὶ τόδ' αἰσχρὸν, ἀλλ' οὐ σοὶ, βλάβος.

Appoſite Demophontis reſponſio:

Ἐμοί γ', ἐὰν σοι τούσδ' ἐφέλκεσθαι μεθῶ.

281. Λαμπρός. Ariſtoph. Equit. v. 428. ἔξεισι γάρ σοι λαμπρὸς ἤδη καὶ μέγας καθιείς. ibid. v. 758. πρὸς ταῦθ' ὅπως ἔσει πολὺς καὶ λαμπρὸς ἐς τὸν ἄνδρα.

298.

Οὐκ ἐστὶ τοῦδε παισὶ κάλλιον γέρας
Ἢ πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι.

Fri-

Friget in priori verſu. τῶδε unde malim legere:

Οὐκ ἔϛιν οὐδὲν παισὶ κάλλιον γέρας.

Oreſt. v. 1.

Οὐκ ἔϛιν οὐδὲν δεινὸν ὧδ' εἰπεῖν ἔπος.

318. Ἡμῶν ἀπηλλάξαντο *a nobis averterunt.* Imò, ni fallor; ἡμῶν ἀνηλλάξαντο *nobis mutabant*, id eſt, præ nobis malebant. Idem compoſiti uſus apud Sophocl. Aj. v. 208. & 1079.

v. 396 — 398.

Σκοπεῖ δόκησιν δὴ τόδ' ἂν λέγοιμί σοι
Ποία προσάξει ϛρατόπεδον ταὐτῦν δορὸς
Ἐν ἀσφαλεῖ τε τῇδ' ἱδρύσεται χθονός.

Ex voce ἀσφαλεῖ apparet quomodo Demophoon Euryſthei conſilium interpretatus ſit; credidiſſe enim, non pugnæ occaſionem quæri, ſed tutam exercitui ſtationem. Neque parùm in eo utilitatis ad reliqua conſtituenda, quæ ſic legi velim:

Σκοπεῖ (δόκησιν δὴ τόδ' ἂν λέγοιμί σοι)
Ποίᾳ προσάξει ϛρατόπεδον τ' ἄνδρ δορὸς,
Ἐν ἀσφαλεῖ τε τῇδ' ἱδρύσεται χθονός.

Ἄνδρ δορὸς, ut Æſchyl. Eumen.

— κτήσεται δ' ἄνδρ δορὸς
Αὐτὸν τε καὶ γῆν. — —

Στρατὸν ἱδρύεσθαι non admodum a Veteribus frequentatur. Invenias tamen apud Herodotum ἱδρυθεῖσαν τὴν ϛρατιήν. p. 157. Ed. Weſſ.

619.

619. *Μὴ προσπίτνε τὰ θεῶν ὕπερ.* Initium ῥήσεως erat res humanas a Deorum voluntate pendere. Adjecerat Chorus, fruſtra eſſe, qui fati decreta quoquomodo effugere conetur. Itaque ſenſus, quem Interpretes huic verſui tribuunt, præcedentibus valdè conſentaneus eſt; verba dubito an rectè eum exprimant. Invenias ſcilicet προσπιτνῶ τινα *ſupplico alicui*; nunquam προσπιτνῶ τι *votis aliquid peto.* Eſt tamen & tertia ratio, juxta quam pro λίσσομαι adhibetur ſequente infinitivo. Eurip. Electr. v. 221.

Ὦ Φοῖβ' Ἄπολλον, προσπιτνῶ σε μὴ θανεῖν.

In quam formam & hunc verſum refinxerim, adjectâ etiam ſyllabâ ut juſtam menſuram recipiat;

Μὴ τὰ θεῶν προσπίτνει ὑπερθεῖν

Deos vincere, votis ne poſtula.

Τὰ θεῶν ὑπερθεῖν illuſtrat Jon. v. 973. Καὶ πῶς τὰ κρείσσω θνητὸς ὢν ὑπερδράμω; item v. 1388. τὰ γὰρ πεπρωμέν' οὐδ' (l. οὐχ) ὑπερβαίην ποτ' ἄν.

682. Interpungo:

Ἥκιστα πρὸς σοῦ· μῶρον ἦν εἰπεῖν ἔπος.

In priore membro ellipſis eſt, ex præcedentibus ſupplenda, ut ſit, ἥκιστα πρὸς σοῦ ὠφεληθείην ἄν. Reſpondet Jolaus;

Καὶ μὴ μετασχεῖν ἀλκίμου μάχης φίλοις.

Eſt hoc continuatio ſententiæ a Famulo inchoatæ: *ſtultum eſſet dicere, & non poſtea pugnæ parti-*

tici-

ticipem eſſe. Quod reponit Famulus, a ſcopo videtur aberrare;

Οὐκ ἐϛ' ἐν ὄψει τραῦμα, μὴ δρώσης χερός.

Magis hæc appoſita eſſent, ſi aliquid de oculis præceſſiſſet: puta, ſi hoc ordine verſus conſtituantur;

Ιο. Καὶ μὴ μεθαχεῖν γ' ἀλκίμου μάχης φίλοις.
Θε. Οὐκ ἐϛὶν, ὦ 'τὰν, ἥ ποτ' ἦν ῥώμη σέθεν.
Ιο. Τί δ' οὔ; θένοιμι κἂν ἐγὼ δι' ἀσπίδος.
Θε. Θένοις ἂν, ἀλλὰ πρόσθεν αὐτὸς ἂν πέσοις.
Ιο. Οὐδεὶς ἔμ' ἐχθρῶν προσβλέπων ἀνέξεται.
Θε. Οὐκ ἐϛ' ἐν ὄψει τραῦμα ———

Verè Pierſonus Veriſ. p. 191. θένοιμι & θένοις, Manuſcriptis tamen ϑείνοιμι & ϑείνοις retinentibus. Sequenti verſu legerim:

Ιο. 'Αλλ' ἐμμαχοῦμ' ἀριθμὸν οὐκ ἐλάσσονι.

At numerum ſaltem ſociorum non minuam, id eſt, augebo.

CAPUT XIV.

Helen. v. 584.

Σκέψαι· τί σου δεῖ; τίς ἐϛί σου σοφώτερος;

Verſus hic, præterquam quod ſenſu caret, ſupervacuâ etiam ſyllabâ oneratur. Delendum prius σου & legendum;

Σκέ-

Σκέψαι· τί δ' εἴ τις ἐςὶ σου σοφώτερος;

Significat eſſe, a quibus decipi potuerit; Deos nimirum intelligens, quorum fraudem paullò infra & Menelaus incuſat v. 711.

— πρὸς θεῶν ἦμϑα ἠπατημένοι
Νεφέλης ἄγαλμ' ἔχοντες ἐν χεροῖν λυγρόν.

958.

Ἀλλ' οὐχὶ τοῦτο τὸ καλὸν, εἰ καλὸν τόδε,
Αἱρήσομαι πρὸ τὸ πρόσθε τῆς εὐδαιμονίας.

Usque ad vocem εὐδαιμονίας omnia perſpicua; in eâ autem latet aliquid, quod Menelaus malle ſe profitetur præ lacrymis & mollitie. Placet, quod non ſenſus tantùm, ſed & literarum ſimilitudo commendat, εὐθυμίας. *At honeſtum hoc, modo lacrymæ honeſti aliquid habeant, non ſectabor præ fortitudine.*

1110. Φίλτρα θ' αἱματηρὰ δωμάτων. Φίλτρα δωμάτων ex vi verborum deberent eſſe, *quæ domos diverſas inter ſe conciliant.* Talia verò nemo facile αἱματηρὰ dixiſſet. Poſtulat epitheton id φίλτρα σωμάτων, quæ & Veneri magis conveniunt.

1151. Miras Helenæ fortunas in præcedentibus celebraverat Chorus, in ſequentibus recinit. Itaque parùm opportunè interponitur quæſtio de Diis an revera exiſtant necne. Neque id ſanè Choro in mentem veniſſe crediderim, ſed an prodigia, in quibus non Helenæ tantùm, ſed & aliorum vita verſata eſt, Deorum juſſu aut voluntate edita ſint. θεὸς enim pro θεοῦ ἔργον accipio, ut v. 567.

— θεὸς γὰρ καὶ τὸ γινώσκειν φίλους.

Sic & Rheſ. v. 861. καὶ ταῦτ' 'Οδυσσεύς. In ſequenti verſu Manuſcripti partim τί φῇς, partim vero τίς φαίη agnoscunt. Poſterius, ut metri ratio habeatur, refinxerim in τίς φῇ, ἀνερδινήσας, reliqua ſic porro concipiens;

Βροτῶν μακρότατον πέρας εὑ-
ρεῖν, ὃς τὰ θεῶν ἱσορᾷ
Δεινὰ, καὶ ἔνθεν ἐκεῖσε,
Καὶ πάλιν ἀντιλόγοις
Πηδῶντ' ἀνελπίςοις τύχαις.

Βροτῶν μακρότατον πέρας εὑρεῖν *finem attingere dubitationis de iis hominibus.* πέρας de *fine dubitationis* etiam vetus interpretatio intelligit, ne quid iſtic a nobis innovatum putetur. βροτῶν, ὃς τὰ θεῶν ἱσορᾷ δεινὰ, *de iis hominibus, quos Deorum mira intuentur:* id eſt, qui caſus inſigniores experti ſunt. Pindar. Olymp. VII. v. 19. ἄλλοτε δ' ἄλλον ἐποπτεύει χάρις ζωθάλμιος Pyth. III. v. 151. λαγέταν τύραννον δέρκεται ὁ μέγας πότμος. ἔνθεν ἐκεῖσε ut Phœniſſ. v. 98. ἐνθένδ' ἐκεῖσε, δεῦρό τ' αὖ κεῖνου πάρα. Neque ἐνθένδε tantúm Latinum *hinc*, ſed & ἔνθεν quoque exprimit. Hecub. v. 1152. χειρὸς αἱ μὲν ἐξ ἀριςερᾶς, Αἱ δ' ἔνθεν, ὡς δὴ πρὸς φίλῳ. Herodot. p. 190. Ed. Weſſ. ὁ μὲν ἔνθεν, ὁ δ' ἔνθεν τοῦ μεγάρου.

1179, 80.

'Επὶ πάθεα πάθεσι φέρουσ'
'Αθλίοις ἐν συμφοραῖς 'Ιλίοις.

Minimè neceſſarium eſt Urbis nomen, cum & res notiſſima ſit, & ſupra occurrat Περαμίδος γᾶς θαλάμους. Legendum fortaſſe,

'A-

Ἀθλίοις ἐν συμφοραῖς παλαιοῖς.

Emphaſin habet vox παλαιοῖς, eſtque velut index cppoſitionis inter mala vetuſta, & ea quæ ex urbis excidio in cumulum acceſſerunt.

1459.

Ἕλκουσι δ' ἡμῖν πρὸς λύπας καὶ συμφορὰς
Σπουδῇ συνάψαι —— ——

Λύπας ſpondeum eſſe & metrum corrumpere neminem fere interpretum fefellit. Emendandum leviſſimâ mutatione πρὸς λέπας. *Nos autem in adverſum collem fortunam trahentes, ſtrenuè manu ſubleva.* Occurrit πρὸς λέπας Bacch. v. 676. Herc. Fvr. v. 121. metaphora autem quæ Menelai conditionem hìc exprimit, Alceſt. v. 500.

Καὶ τόνδε τοὐμοῦ δαίμονος πόνον λέγεις.
Σκληρὸς γὰρ αἰεὶ καὶ πρὸς αἶπος ἔρχεται.

Favet etiam quod Rheſ. v. 316, 17, in contrariam partem dicitur;

Ὅταν πολίταις εὖ σταθῶσι δαίμονες,
Ἕρπει κατάντης συμφορὰ πρὸς τἀγαθόν.

1495. Γενοίμεσθα Λίβυες. Metro & ſenſu jubente legendum;

Γενοίμεσθ', ὦ Λίβυες.

Utinam per aëra volare poſſemus, quemadmodum Libycæ aves faciunt.

CAPUT XV.

Jon. v. 431. Ed. Ald. & Manuſcripti Pariſienſes,

> Ἤτοι φιλοῦσα γῆς ὑπερμαντεύεται;

Unde legendum:

> Ἤτοι φιλοῦσα γ', ἧς ὑπερμαντεύεται;

433.

> Ἀτὰρ θυγατρὸς τῆς Ἐρεχθέως τί μοι
> Μέλει; προσήκει τ' οὐδὲν.

Propius vero eſt προσῆκε μ' οὐθὲν, ut citat Juſtinus Martyr in libro περὶ μοναρχίας. Legendum videtur;

> Ἀτὰρ θυγατρὸς τῆς Ἐρεχθέως τί μοι
> Μέλει, προσήκοντ' οὐδὲν;

At cur ego Erechthei filiam curo, nullâ neceſſitudine conjunctus?

495. Non me fugit στείβειν χορὸν exemplis non valdè diſſimilibus defendi poſſe, ut Homeri (ne alios nominem) Odyſſ. Θ. 264.

> Πέπληγον δὲ χορὸν θεῖον ποσὶν ——

Sit autem legitimum χοροὺς στείβειν: non tamen ſequitur στάδια ad χοροὺς per appoſitionem referri poſſe. Non invenuſtè emendaveris χοροῦ, ut conſtructio ſit, χοροῦ στάδια χλοερά. Sic στάδιον μάχης. Herodian. Lib. III. c. 12. Agraulos, quæ ad v.

23. Barneſium mirè turbat, Cecropis uxor erat, Aglauri verò mater. Filiæ ejus Aglauros, Herſe, Pandroſos, abunde ex Ovidio notæ ſunt.

526. Φρενοῦν nunquam, niſi admodum fallor, *rationem reddere alicui* ſignificat, ſed quod valdè diverſum eſt *corrigere*; quo ſenſu plerumque cum acerbitate profertur. Legendum igitur hìc,

Ὅτι φιλῶ φρενοῦν ἀμούσους ——

Idcircò fugio te, quia amo corrigere ineptos.

692.

Ἔχει δόλον τύχαν θ' ̓ παῖς.

Legere malim;

Ἔχει δ' ὄλβον τύχαν θ' ὁ παῖς.

Hippolyt. v. 1113. Τύχαν μετ' ὄλβου.

828. Ed. Aldina ἐλθὼν, unde Canterus ἑλὼν, oppoſitione qualicunque inter ἀλοὺς & ἑλὼν deceptus, planè tanquam ea vocis ἁλοὺς conditio eſſet, ut nihil ei niſi ἑλὼν opponi deberet, cum tamen vel ἐκφυγὼν vel λαθὼν, prout occaſio exigit, oppoſitum habere poſſit. Et poſtremum quidem huic loco multò convenientius eſt quam ἑλὼν, cum id maxime Xuthus, ſi Pædagogum audias, ſpectaverit;

Ὁ δ' ἐν θεοῦ
Δόμοισιν ἄφετος, ὡς λάθοι, παιδεύεται,

Quod ſi Euripides *compos voti factus* exprimere voluiſſet, dixiſſet puto non ἑλὼν, ſed τυχών.

890. Ἀνθίζειν χρυσανταυγῆ. Forte ἀνθισμὸν χρυσανταυγῆ *ornamentum auri ſplendorem æmulans.*

1063.

Ἅ τε νῦν φέρετ' ἐλπίς.

Hanc ſcripturam nemo facile expediat. Legi poteſt;

Αἵ γε νῦν φέρετ' ἐλπίς.

Ut nunc ſe habet opinio noſtra.

Ἐλπὶς *opinio* cum verbis motum ſignificantibus rectè conjungi teſtatur ſimile in Helenâ exemplum v. 764, 5.

Εἰς τ' αυτὸ κἀμοὶ δόξα μαντέων πέρι
Χωρεῖ γέροντι —— ——

Quæ ſequuntur, Criticos jam dudum exercuerunt;

—— —— ἢ θη-
κτὸν ξίφος, ἢ δαίμων ἐξά-
ψειν βρόχον ἀμφὶ δέρην.

Pro δαίμων Scaliger λαιμῶν, quod non recipit ſententia, cum idem jam per ἀμφὶ δέρην exprimatur. Fortaſſe verum fuerit;

—— —— ἢ θη-
κτὸν ξίφος αἰδήμων, ἢ 'ξά-
ψει βρόχον ἀμφὶ δέρην.

Αἰδήμων *pudibunda.* Hippol. v. 770. & ſeq.

Αψι-

Ἄψεται ἀμφὶ βρόχον
Λαδικᾷ καταρμόζουσα δέρᾳ
Δαίμονα· συγγὸν καταιδεσθεῖ-
σα.

1097.

Καὶ μούσιος ἄνδρας ἴτω.

Ἴτω, quod reponit Canterus proculdubio verum eſt, ſiquidem cum ἀοιδὰ, βοὰ, & ſimilibus ſolenniter adhibetur. Jon Chius apud Athenæum Lib. XI. p. 463. B.

Πίνωμεν, παίζωμεν, ἴτω διὰ νυκτὸς ἀοιδή.

Ariſtoph. Avib. v. 858.

Ἴτω, ἴτω δὲ Πυθίας βοὰ τῷ θεῷ·

Vid. Æſch. Sept. c. Theb. v. 972. Soph. Trachin. v. 211. Euripid. Iph. in Aul. v. 1470. Electr. v. 879. Neque obſtat κοῦραι in Strophâ quod facile mutatùr in κόραι.

In præcedentibus minimè cum Cantero probaverim, καὶ μοῦσ' εἰς ἄνδρας ἴτω. Nam ἰέναι εἴς τινα, quod in re bellicâ dicitur, hic locum non habet. Non incommodum videtur;

Παλίμφαμος ἀοιδὰ
Καινάερσιος ἀνδράσ' ἴτω.

Epithetum ἀνάερσιος, quod hìc cum ἀοιδὰ conjungimus; tibiæ ſono a Sophocle tribuitur, Trachin. v. 651.

Ὁ καλλιβόας τάχ' ὑμῖν
Αὐλὸς σὺν ἀναρσίαν
Ἰάχαν καναχὰν ἐπάνεισιν ——

1351.

Ἐνθάδε κέκρυψαι σπαργάνοισιν. οἶσθα σύ;

Quidni verò noverit, quod ab ipſâ paullò ante audierat? vid. v. 1389. Veriùs Ed. Ald. κέκρυπται, ſi præterea legatur;

Ἐνθάδε κέκρυπται σπαργάνοισιν οἶσθ' ἅ σοι;

Noſtin' quæ hic tibi in fasciis occultantur?

1396.

Σιγᾶν σὺ πολλὰ καὶ πάροιθεν οἶσθά μοι.

Eſt hoc ſilentium arguentis, cum ex Creuſæ reſponſione appareat eam ob loquacitatem reprehenſam fuiſſe;

Οὐκ ἐν σιωπῇ τἀμά· μή με νουθέτει.

Itaque vix dubitem, quin legendum ſit;

Σιγᾶν σὺ φαύλη καὶ πάροιθεν ἦσθά μοι.

Φαύλη σιγᾶν, ut φαύλης μάχεσθαι Iph. in Taur. v. 305.

1523.

Ὅρα σὺ μῆτερ μὴ σφαλεῖσα παρθένος
Ἐγγίνεται νοσήματ' εἰς κρυπτοὺς γάμους.

In conſtructione expediendâ fruſtra laborant Interpres. Legendum videtur;

Ὅρα σὺ, μῆτερ, μὴ σφαλεῖσ᾽ (ἃ παρθένοις
Ἐγγίνεται νοσήματ᾽) εἰς χρυσοῦς γάμους
Ἔπειτα τῷ θεῷ προστιθεῖς τὴν αἰτίαν.

Rectè Aldina προστιθεῖς, quod deinde recentiores in προστιθῇς mutarunt.

1549. Ὑπερτελής. An ab ὑπερτελέω *ſupereminco*? Æſchyl. Agam. v. 367.

Μήτ᾽ οὖν νεαρῶν τιν᾽ ὑπερτελέσαι ——
Γάγγαμον ἄτης παναλώτου.

Idem ſignificare ſolet ὑπερτέλλω. Hecub. v. 1010.

Μέλαινα πέτρα, γῆς ὑπερτέλλουσ᾽ ἄνω.

Oreſt. v. 839.

Χρυσεοπηνήτων φαρέων
Μαστὸν ὑπερτέλλοντ᾽ ἐσιδών.

Sed & ὑπερτελὴς, undecunque derivatum, agnoscit eodem ſenſu Æſchyl. Agam. v. 294. ubi ex Turnebi editione legendum,

Ὑπερτελής τε —— ——

Reliqua ſic fortaſſe ex conjecturâ,

—— πόντον ὥστε φωτίσαι
Ἰσχὺν πορευτοῦ λαμπάδος, πρεύβησέ γιν,
Πεύκη —— ——

CAPUT XVI.

Herc. Fur. 168, 9.

Οὔκουν τραφέντων τῶνδε τιμωροὺς ἐμοὺς
Χρῄζω λιπέσθαι τῶν δεδραμένων δίκην.

Reiskius τιμωροῖς ἐμοῖς. Sed δίκην λιπέσθαι ſequente dativo, nec mihi cognitum eſt, nec puto veterum quenquam ita locutum eſſe. Non incommodum fuerit;

Οὔκουν τραφέντων τῶνδε τιμωροὺς ἐμοῦ
Χρῄζω λιπέσθαι τῶν δεδραμένων δίκας.

Τιμωροὺς δίκας ut, τιμωρεῖν δίκην Electr. v. 676.

257. Τῶν νέων. Male Pierſonus Veriſ. p. 222. ἐγγενῶν, opponi putans advenam Lycum indigenis Thebanis. Oppoſitio eſt inter Juventutem Thebanam, quæ Lyco ſe in clientelam dederat, & ſenes, ex quibus Chorus conſtat, qui imperium ejus detrectant. ἄρχει τῶν νέων, ἀλλ' οὐκ ἐμοῦ σὺ δεσπόσεις.

401, 2.

Μυχοὺς εἰσέβαινε, θνατοῖς
Ταλανίας τιθεὶς ἐρετμοῖς.

Legendum videtur γαλανείας *tranquillitates*. Sic infra v. 69. & ſeq.

Μοχθήσας τὸν ἄκυμον
Θῆκεν βίοτον βροτοῖς
Πέρσας δείματα θηρῶν.

De mari Herculis operâ pacato, vid. ſupra v. 225.

225. ibique Barneſium. Verſu ſuperiori, pro μυχὺς εἰσέβαινε legendum, metro jubente, εἰσέβαινε μυχύς.

494, 5.

——— καὶ σκιὰ φάνηθί μοι.
Ἄλις γὰρ ἐλθὼν ἱκανὸν ἂν γένοιο σύ.

Ratio reddenda erat, cur vel Herculis umbram adeſſe ſibi cuperet. Eam ſic fortaſſe Auctor expreſſerat,

Ἄλις γὰρ ἐλθὼν εἰκότ' ἂν γένοιο σύ.

625. Ἐξανύετε. Legendum ἐξανίετε ab ἐξανίημι. Idem vitium eſt Iph. in Taur. v. 1460.

660.

——— καὶ θνατοὶ ἐς
Τὰς αὐγὰς πάλιν ἁλίυ
Διοσὺς ἂν ἔβαν διαύλυς.

Pro καὶ θνατοὶ, in quo vitium manifeſtum eſt, reponit Pierſonus Veriſim. p. 222. κἀγαθοὶ, quod ut ferri poſſet, tamen minimè neceſſarium eſt, cum ſenſus vocis ἀγαθοὶ ſit in membro præcedenti ὅσοις ἀρετὴ μέτα. Et mihi quidem non θνατοὶ tantùm, ſed & duo præterca diſplicent; primò ſyllaba finalis οι ſequente vocali producta; deinde & Articulus [τὰς] ſine emphaſi poſitus, quod in Odis Choricis rarò invenias. Hoc igitur deleto reliqua ſic malim emendare;

——— καὶ θανὼν
Εἰς αὐγὰς πάλιν ἁλίυ
Διοσὺς ἂν ἔβαν διαύλυς.

Θεα

θεαὶ *ſpectabiles* (vid. Callimach. Hymn. in Dian. v. 141.) quales neceſſariò forent, qui ab inferis rediiſſent.

772. Μέλλω ad vim affirmationis vel negationis augendam aliquando adhibetur, ſine ullâ futuri ſignificatione. Hom. Odyſſ. Δ. 200. *μέλλεις δὲ σὺ ἴδμεναι at tu proculdubiò noſti*. Ibidem 378. *ἀλλά νυ μέλλω Ἀθανάτους ἀλιτέσθαι ſed omnino in Deos peccavi*. ibid. Ξ. 134. *τοῦ δ' ἤδη μέλλουσι κύνες ταχέες τ' οἰωνοὶ Ῥινὸν ἀπ' ὀστεόφιν ἐρύσαι at ejus cutem jam dudum canes volucresque ab oſſibus detraxerunt*. ibid. Χ. 322. *πολλάκι που μέλλεις ἀρήμεναι multoties certè precatus es*. Unde & *μέλλουσι ἐπαΐειν* (quod omnes Libri hìc retinent) ſenſu non ineleganti interpreteris *proculdubio audiunt*.

809.

Κρείσσων μοι τύραννος ἔφυς,
Ἢ δυσγένει' ἀνάκτων.

Hoc ſi de Hercule dicitur, exile eſt; quare malim emendare, & in nobilitatis laudem accipere;

Κρείσσων μοι τύραννος ὁ φὺς
Ἢ δυσγένει' ἀνάκτων.

938.

Ἐξὸν μιᾶς μοι χειρὸς εὖ θέσθαι τάδε;

Genitivus pro Dativo in eadem voce ab Heſiodo uſurpatur Op. & D. v. 480.

—— —— περὶ χειρὸς ἐέργων.

Ne

Neque diſſimile eſt illud Epigrammatarii Antholog. p. 66.

Καὶ τὸ ἀνκίσθητον παντὸς ἔτυπτε μέλυς.

Παντὸς μέλυς *omni membro*; ſimul manibus pedibusque inceſſens. Adde Oppian. Halieut. I. v. 67.

977, 8.

Ὁ δ' ἐξελίσσων παῖδα κίονος κύκλῳ
Τόρευμα δεινόν — —

Malim χόρευμα δεινόν. Androm. v. 1135.

Δεινὰς δ' ἂν εἶδες πυῤῥίχας φρυρουμένου
Βέλεμνα παιδός — —

1016.

Ὁ φόνος ἦν, ὃν Ἀργολὶς ἔχει πάτρα.

Imo αὐχεῖ πάτρα, ut Phœniſſ. v. 1144.

— — γραφὴν
(Sic rectè corrigunt viri docti)
Ὕδρας ἔχων λαιοῖσιν ἐν βραχίοσιν
Ἀργεῖον αὔχημα — —

1125.

Ἀρκεῖ σιωπῇ γὰρ μαθεῖν ὃ βούλομαι.

Levi mutatione emendaveris;

Ἀρκεῖ σιωπὴ γὰρ μαθεῖν ὃ βούλομαι;

Silentiumne ergo ſufficit, ut diſcam quæ cupio?

Idem

Idem in Andromedâ, quanquam aliis verbis, dixerat;

Σιγᾷς; σιωπὴ δ' ἄπορος ἑρμηνεὺς λόγων.

1240.

Ἄπτῃ κάτωθεν οὐρανοῦ δυσπραξία.

Legendum, adeo facili emendatione, ut cuiquam prætervíſam eſſe mireris;

Ἁπλῆ κάτωθεν οὐρανοῦ δυσπραξία.

Mera infra cœlum infelicitas eſt.

CAPUT XVII.

Electr. v. 656.

Ἥξει κλύουσα λοχεῖ' ἐμοῦ νοσήματος.

Λόχι' quod reſtituit Barneſius adjectivum eſt. Nicias in Anthol. ined.

Κῆρας ἀπ' ὠδίνων τῆλε βαλεῖν λοχίων.

Incertus ibidem;

—— *πῶς ἐδάμης; ἄλγεσιν ἐν λοχίοις.*

Adde, Barneſio citante, Eurip. Bacch. v. 94. Legendum videtur,

Ἥξει κλύουσα λόχι' ἐμοῦ νοσήματα.

660,

660, 1.

Ηλ. Ἐλθοῦσα μέντοι δῆλον ὡς ἀπόλλυ]
Πρ. Καὶ μὴν ἐπ᾽ αὐτάς γ᾽ εἰσίω δόμων πύλας.

De Clytemneſtrâ agitur, cui inſidiæ in ædibus Electræ ſtruebantur. Ad earum verò ſucceſſum non admodum intererat ſenem domum ingredi, Clytemneſtram ipſam quam maximè. Legendum igitur;

Καὶ μήν· ἐπ᾽ αὐτάς γ᾽ εἰσίτω δόμων πύλας.

Imo ſanè: modo ipſas ædium portas ingrèdiatur.

Πύλαι an ruſticis coloni ædibus conveniant, dubitari poſſet, niſi Euripides ſcrupulum hunc jam ſuſtuliſſet, v. 341. & ſeq.

Ἔα· τίνας τούσδ᾽ ἐν πύλαις ὁρῶ ξένους;
Τίνος δ᾽ ἕκατι τάσδ᾽ ἐπ᾽ ἀγραύλους πύλας
Προσῆλθον;

Proximus verſus, in quo Electræ reſponſio eſt, itidem mendo liberandus eſt;

Οὐκοῦν τραπέσθαι σμικρὸν εἰς ᾅδου τόδε;

Hæc ut ad aliquem conſtructionis ordinem redigi poſſunt, ita minimè occaſioni conveniunt. At levis mutatio rem expediet;

Οὔκουν τραπέσθαι σμικρὸν εἰς ὁδὸν τόδε.

Non igitur parvi momenti eſt, rectè hoc procedere.

Εἰς ὁδὸν ellipticè pro *εἰς ὀρθὴν ὁδὸν, in viam quam oportet.* Medea v. 765, 6.

Νῦν

Νῦν καλλίνικοι τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν, φίλαι,
Γενησόμεσθα, κ' εἰς ὁδὸν βεβήκαμεν.

Terent. Andr. Act. 1. Sc. 2. v. 16.

—— *te oro, Dave, ut redeat jam in viam.*

1190.

Ἰὼ, Φοῖβ', ἀνύμνησας δίκαν.

Legendum videtur;

Ἰὼ, Φοῖβ', ἀνέμνησας δίκαν.

Senſus eſt; *feciſti ut Juſtitia memor eſſet facinorum Clytemneſtræ.* ἀνέμνησα aliquando genitivum adſciscit, ut Jon. v. 284. aliquando ſecùs, ut ſupra v. 504.

Μῶν τἀμὰ διὰ χρόνου σ' ἀνέμνησαι κακά;

1192.

Φοίνικα δ' ἅπασας λέχε' ἀπὸ γᾶς
Τᾶς Ἑλλανίδος.

Pro ἅπασας legendum ἀπώσας. Herc. Fur. v. 1152.

Δύσκλειαν, ἣ μένει μ', ἀπώσομαι βίῳ.

Incertus in Anthol. ined.

—— τἀμὰ δὲ λυγρὰν
Ὄσσα τερφθείη κληδόν' ἀπωσαμένης.

APPENDIX.

PRÆFATIO.

LECTORI S.

Unicè optandum erat, Lector, ut harum, quæ ſequuntur, Emendationum Auctor, Vir mihi Amiciſſimus, qui ſecundas quodammodo partes in Euripide illuſtrando acturus eſt, primas ſuſcipere aut voluiſſet, aut per negotia potuiſſet. Sed is, rerum publicarum tractationi a pluribus retrò annis admotus, ex eo tempore in Criticâ librisque Criticorum verſari deſiit; neque unquam fortaſſe ad ſtudium illud juvenile reſpexiſſet, niſi jure cum eo egiſſem, conjecturasque ejus in varia Euripidis loca ex veteris promiſſi fide flagitaſſem. Quod cum feciſſem, minimè rem diſtulit Vir Humaniſſimus & omnium officiorum memor, ſed in ſummâ feſtinatione, medioque negotiorum æſtu, correctiones eas recenſendas, & ſtilo, quantum neceſſe erat, illuſtrandas ſuſcepit. Hinc tamen factum eſt, cum Reiskii Obſervationes neque antea legiſſet, neque tum conquirere, propter temporis anguſtiam, poſſet, ut nonnulla Schedis ſuis intereret, quæ Lipſienſis ſubtile ſemper, aliquando etiam felix, ingenium occupaverat. Id cum a me animadverſum eſſet, Amico per literas ſignificavi; reſponſum eſt illicò, Emendationes eas, vel ante libri

PRÆFATIO.

Reiſkiani Epocham, vel ſine illius certè ope, excogitatas eſſe; cæterùm, meo arbitrio permittere, utrùm reſecandas eas an ſervandas judicarem. Mihi rem agitanti ſervare viſum eſt, non quo Reiſkii laudem imminutam vellem, ſed quia in hac ſylloge exempla quandoque & rationum momenta adjecta ſunt, quibus Reiſkiana deſtituuntur; deinde, quia novo Auctori libentius aſſenſuri videbantur, qui Reiſkio forte diffiderent. Talem verò, qualis Noſter eſt, prædem, neque Reiſkius, opinor, ſpreverit, neque Eruditi, Appendice perlectâ, recuſaverint.

EMEN-

EMENDATIONES

IN

EURIPIDEM.

SUPPLICES.

159.

Οὕτω τὸ θεῖον ῥαδίως σ᾽ ἀπεστράφη.

Legendum credo, ῥαδίως ἀπεστράφης (a).

179.

Τά τ᾽ οἰκτρὰ τοὺς μὴ δυστυχεῖς δεδοικέναι.

f. δεδορκέναι. vid. infra v. 190. Qui ſequuntur quatuor verſus tam abſurdi ſunt, ut non niſi liturâ ſint emendandi.

187.

Σπάρτη μὲν ἡ μὴ καὶ πεποίκιλται τρόπους.

f. ὠμή. vid. Andromach. v. 445. 724.

432.

—— καὶ τόδ᾽ οὐκέτ᾽ ἔστι σοι. f. ἴσ᾽ ἴσον.

460.

—— ὡς τάχος πόλει χωρεῖν. f. πάλιν (b).

Vo-

(a) Sic Reiskius. (b) Sic Reiskius.

Voces πόλις & πόλιν, quæ proxime leguntur, librarium hic in errorem induxerunt.

511.

Ἐξαρκέσας ἦν Ζεὺς ὁ τιμωρούμενος·
Ὑμᾶς δ' ὑβρίζειν οὐκ ἐχρῆν τοιάνδ' ὕβριν.
Ἀδ. Ω παγκάκιστε.

Hæc omnia Adraſto tribuenda ſunt (*a*).

598.

Hic & in ſequentibus per totam ſcenam pro *Æthrâ* reponenda eſt *Adraſti* perſona. Æthra ſcilicet cum Theſeo abierat poſt v. 364.

622.

Εἰδείης ἂν φίλων, εἰδείης ἂν ψυχάς.

Legendum eſt, niſi fallor, τύχας Vulgatum ψυχὰς, quicquid nugetur Barneſius, metro etiam magis quam ſententiæ repugnat.

627.

Ἀλλὰ Φοῖβον πίστις ἅδε πρῶτα.

Hic verſus, opinor, tribuendus eſt Adraſto. In ſequentibus invocationem peragit Chorus.

767.

Χο. Δεινὸν μὲν ἦν βάσταγμα, κ' αἰσχύνην ἔχον·
Τί δ' αἰσχρὸν ἀνθρώποισι τἀλλήλων κακά;

Ex his verſibus prior tribuendus eſt Adraſto, alter Nuntio (*b*).

848.

(*a*) Sic Excerpta Puteana. (*b*) Sic Brubachii Editio.

849.

Κοινοὶ γὰρ κ. τ. λ. Immo Κενοὶ (*a*).

860.

Ὁρᾷς τὸν ἁβρὸν οὗ βέλος διέπτατο;

Non video quo ſenſu Capaneus appelletur ἁβρός. Legerem potius;

Ὁρᾷς τὸ λάβρον οὗ βέλος διέπτατο.

938.

Αὐτοῦ, παρ' οἰκτροὺς τούσδε συμπήξας τάφον.

At Capaneus ſeorſim a cæteris ducibus ſepeliendus erat. Et illi quidem ad funus è ſcena efferuntur, Capanei autem buſtum *juxta ſcenam*, in conſpectu Chori erigitur, ut patet ex v. 980. & ſeq. Lege igitur

Αὐτοῦ παρ' οἴκους τούσδε κ. τ. λ.

Vide v. 988. (*b*).

945.

Πικραὶ γὰρ ὄψεις χ' ἅμα πρὸς τέλει νεκρῶν.

Qui hæc mecum intelligere nequit, conjecturam non nimis audacem fortaſſe probabit:

Πικραὶ γὰρ ὄψεις χ' ἅμ' ἀνωφελεῖς νεκρῶν.

1139.

Quod ab hoc verſu reliquum eſt κομμοῦ (ſic enim ab Ariſtotele deſignatur ὁ θρῆνος κοινὸς χοροῦ καὶ ἀπὸ σκηνῆς) & metri confuſione & pravâ perſonarum diſtributione laborat. Utrique malo ut occurramus, inprimis exturbandus eſt *Iphis*, qui qui-

(*a*) Sic Reiskius. (*b*) Sic Reiskius.

quidem exierat poſt v. 1113. cætera verò ad hunc fere modum ordinanda:

Στροφὴ γ΄.

Ἀδρ. Βεβᾶσιν, οὐκ ἔτ' εἰσί σοι, μᾶτερ, τέκνα.
Βεβᾶσιν· αἰθὴρ ἔχει νιν ἤδη
Πυρὸς τετακότας σποδῷ·
Ποτανοὶ δ' ἤνυσαν τὸν Ἅιδαν.
Παῖς. Πάτερ, σὺ μὲν τῶν σῶν κλύεις τέκνων λόγων
Ἆρ' ἀσπιδοῦχος ἔτι ποτ' ἀντιτίσομαι
Σὸν φόνον; Ἀδρ. Εἰ γὰρ γένοιτο, τέκνον,

Ἀντιστροφὴ γ΄.

Ὅταν, θεοῦ θέλοντος, ἔλθοι μοι δίκα
Πατρῷος· οὔπω κακὸν τόδ' εὕδει (a).
Χο. Αἰ, αἰ, γόων ἅλις τύχας
Ἅλις ἀλγέων πάρεστί μοι.
Παῖς. Ἆρ' ἴθ' ἔτ' Ἀσωποῦ με δέξεται γάνος
Χαλκέοισιν ὅπλοις Δαναϊδῶν στρατηλάταν
Τοῦ φθιμένου πατρὸς ἐνδικαστάν;

Στροφὴ δ΄.

Ἀδρ. Ἔτ' εἰσορᾶν σε πατέρ' ἐπ' ὀμμάτων δοκῶ
Φίλον φίλημα παρὰ γένυν τιθέντα σόν·
Λόγων δὲ παρακέλευσμα σῶν
Ἀέρι φερόμενον οἴχεται.
Δυοῖν δ' ἄχη, ματέρι τ' ἔλιπεν
Σέ τ' οὔποτ' ἄλγη πατρῷα λείψει.

Ἀντι-

(a) Malim:
Παῖς. Ἔτ' ἂν, θεοῦ θέλοντος, ἔλθοι μοι δίκα
Πατρῷος, ἢ οὔπω κακὸν τόδ' εὕδει;

Ἀντιστροφὴ δ.

Χο. Ἔχω τοσόνδε βάρος, ὅσον μ' ἀπώλεσεν
Φέρ' ἀμφὶ μαστὸν ὑποβάλω σποδόν.
Ἀδρ. Ἔκλαυσα, τόδε κλύων ἔπος
Στυγνότατον· ἔθιγέ μου φρενῶν.
Χο. Ὦ τέκνον, ἔβας· οὐκέτι φίλον
Φίλον ἄγαλμ' ὄψομαι σῆς ματρός.

Exemplis indigere videntur, quæ in quinto tertiæ Antiſtrophes verſu emendata ſunt. Et primùm quidem, ἴσθ' ὅτε *aliquando* tuetur Alceſt. v. 1109.

Ἀλλ' ἴσθ' ὅθ' ἡμᾶς αἰνέσεις ——

Quod autem ſequitur, Ἀσώπου γάνος Æſchyli in Perſis loco illuſtratur;

—— ἀμφὶ κρηναῖον γάνος
Δίψει πονοῦντες —— ——

Sed & alio Callimachi apud Strabonem Lib. IX. p. 397.

—— ἀφύσσατο καθαρὸν γάνος Ἠριδάνοιο.

1171.

Πᾶσίν θ' ὑπεῖπον τούσδε τοὺς αὐτοὺς λόγους

Corrigendum opinor, Παισίν θ' ὑπείπειν τοῖσδε, deleto ſtigmate poſt ἐμοῦ in verſu præcedenti (*a*).

1190.

Pro ὀρκωμοτεῖ legerem ὀρκωμοτεῖν (*b*).

IPHI-

(*a*) Ita fere Reiskius. (*b*) Sic Reiskius.

IPHIGENIA IN AULIDE.

354.

Ὡς δ' ἄνολβον εἶχες ὄνομα, σύγχυσίν τε μὴ νεῶν
Χιλίων ἄρχων Πριάμου τε πεδίον ἐμπλήσας δορός.

Locus, ſi quis alius, corruptiſſimus ſic forte refingendus eſt:

Ὡς δ' ἄνολβον εἶχες ὄμμα σύγχυσίν τε, μὴ οὐ νεῶν
Χιλίων ἄρχων Πριάμου τὸ πεδίον ἐμπλήσαις δορός.

Priorem emendationem confirmat hujus Tragœdiæ v. 1128. Σύγχυσιν ἔχοντες καὶ ταραγμὸν ὀμμάτων (*a*).

412.

Σκήπτρῳ νῦν αὐχεῖς σὸν κασίγνητον προδούς.

Oratio magis animoſa erit, ſi legamus Σκήπτρῳ νῦν αὔχει, modo imperandi.

531.

—— ὃς ξυναρπάσας στρατόν.

Reſcribo οἷς ξυναρπάσας στρατόν. *quibus* (ſermonibus ſcil.) *correpto exercitu* &c.

789.

Pro Στήσουσι legerem Σχήσουσι. Sic in Bacchis v. 1335. νόσον —— Σχήσουσι. Ἐλπὶς autem, ut ſatis notum eſt, apud Veteres pro exſpectatione futuri, ſive boni ſive mali, ἀδιαφόρως ponitur.

1204.

(*a*) Reiskius quoque & MSS. ὄμμα.

1204.

Ἡ δ' ἐξαμαρτοῦσ' ὑπόστροφον νεανίδα
Σπάρτῃ κομίζουσ' ἀτυχὴς γίνεται.

Priorem verſum corruptum eſſe nemo eſt quin videat. Ut tam metro quam ſenſui medela afferatur, pro ὑπόστροφον reſcribo ἀπότροφον. Ἀπότροφος, μακρὰν τεθραμμένος. Heſychius. τῶν ἅμα ἀπότροφοι γινομένων. Herodot. Lib. II. p. 71. Ed. H. Steph. Eodem ſenſu Hermione hic dicitur ἀπότροφος, id eſt, *procul* (a matre) *nutrita*.

1324.

Μήτ' ἀνταίαν
Εὐρίπῳ πνεῦσαι πομπάν.

Hæc male a præcedentibus divelluntur. Quinetiam vocem πομπὰν ex πομπαίαν in verſu proximè antecedente natam eſſe crediderim, & veram lectionem eſſe πνοιάν. Totum locum, qui ex elegantioribus eſt, deſcribam, ut ex conjecturâ noſtrâ interpungi & legi debet:

Μή μοι ναῶν χαλκεμβολάδων
Πρύμνας ἅδ' Αὐλὶς δέξασθαι
Τούσδ' εἰς ὅρμους, εἰς Τροίαν
Ὤφελεν ἐλάταν πομπαίαν,
Μή τ' ἀνταίαν
Εὐρίπῳ πνεῦσαι πνοίαν.
Ζεὺς μειλίσσων αὔραν ἄλλοις
Ἄλλαν θνατῶν λαίφεσι χαίρειν,
Τοῖσι δὲ λύπαν, τοῖσι δ' ἀνάγκαν,
Τοῖσδ' ἐξορμᾶν, τοῖσδε στέλλειν,
Τοῖσι δὲ μέλλειν.

In verſu 1326. pro χαίρειν, quod in vulgatis legitur,

tur, repoſui *χαίρει.* Rectè ut opinor. Jupiter *gaudet leniens* auram &c. In ſequentibus elliptica Oratio poſtulat ut ſubaudiatur verbum, vel participium cum χαίρει connectendum; δίδωσι ſcilicet vel διδοὺς; πέμπει vel πέμπων, aut aliquid ſimile: niſi forte pro μειλίσσων reponendum ſit εἱλίσσων, quod verbum Euripidi familiare eſt & huic loco apprime convenit. vid. Phœn. v. 3.

1598.

Πρὸς ταῦτα πᾶς τις θάρσος αἶρε ναυβάτης
Χώρει τε πρὸς ναῦν.

Pierſonus corrigebat αἴρει, ne ſcilicet verbum temporis imperfecti ſine augmento legeretur. Et ita quidem Barneſius & Interpres hunc locum acceperant, quaſi αἶρε & χώρει eſſent temporis imperfecti. Sed perperam; cum ſint ambo modi Imperativi. Calchas ſcilicet, cum principes prius allocutus eſſet, his verbis ad vulgus Græcorum orationem convertit.

IPHIGENIA IN TAURIS.

123.

Εὐφαμεῖτ' ὦ Πόντου κ. τ. λ.

His verſibus Iphigeniæ perſona male præfigitur, cum Choro omnes tribuendi ſint usque ad v. 143.

223.

'Αλλ' αἱμοῤῥάντων δυσφόρμιγ-
γα ξείνων αἱμάσσουσ' ἄταν,
Βωμοὺς οἰκτρὰν τ' αἰαζόντων,
Οὐδ' ἀνοικτρόν τ' ἐκβαλλόντων δάκρυον.

Lo-

Locum pulcherrimum plures infecerunt maculæ, quarum nonnullas eluere tentavi. Ut ratio Emendationum noſtrarum melius appareat, verſus proxime præcedentes deſcribam:

Οὐ τὰν Ἄργει μέλπυσ᾽ Ἥραν,
Οὐδ᾽ ἱστοῖς ἐν καλλιφθόγγοις
Κερκίδι Παλλάδος Ἀτθίδος εἰκὼ
Καὶ Τιτάνων
Ποικίλλυσ᾽, ἀλλ᾽ αἱμοῤῥάντων
Δυσφόρμιγγι ξείνων
Αἱμάσσυσ᾽ ἄτᾳ βωμὺς,
Οἰκτράν τ᾽ αἰαζόντων αὐδὰν,
Οἰκτρόν τ᾽ ἐκβαλλόντων δάκρυον.

In v. 223. inſerui Καὶ, ut puto, recte. Vide locum ſimillimum in Hecuba. v. 466. & ſeq.

365.

— — Μήτηρ δ᾽ ἐμὴ,
Σέθεν καταπτείνοντος, Ἀργεῖαί τέ νιν
Τμυῦσιν ὑμθραίοισιν. Corrige: Μήτηρ δ᾽ ἐμὲ
Σέθεν κατακτείνοντος, Ἀργεῖαι τε νῦν
Ὑμνῦσιν κ. τ. λ. (a).

370.

Ἐγὼ δὲ λεπτῶν ὕμμα διὰ καλυμμάτων
Ἔχυσ᾽ ἀδελφὸν τῦτον εἰλόμην χεροῖν
Ὃς νῦν ὄλωλεν. ὐ κασιγνήτη στόμα
Συνῆψ᾽ ὑπ᾽ αἰδῦς.

Omnino legendum:

— ἀδελ-

(a) Reiskius ἐμὲ; & in ſequenti verſu σὺν.

—— ἀδελφὸν ὅτ᾽ ἀνειλόμην χεροῖν
Ὃς νῦν ὄλωλεν, ἡ κασιγνήτη σῶμα
Συνῆψ᾽ ὑπ᾽ αἰδοῦς.

378.

Reſcribo:

—— —— ἐξ οἵων καλῶν
Ἔρρεις, Ὀρέστα, καὶ πατρὸς ζηλωμάτων (*a*).

503.

Τί δὲ φρονεῖς τοῦτ᾽, ὃ φρονεῖς οὕτω μέγα;

Reſcribendum, τί δὲ φθονεῖς τοῦτ᾽. Similis error occupavit v. 669. ubi pro φράσας legendum φθάσας (*b*).

578.

Pravâ interpunctione turbatur oratio, quæ ſic forte ordinanda eſt:

Ἀκούσατ᾽· εἰς γὰρ δή τιν᾽ ἥκομεν λόγον,
Ὑμῖν τ᾽ ὄνησιν, ὦ ξένοι, σπουδαῖς ἅμα,
Κἀμοί· τόδ᾽ εὖ μάλιστά γ᾽ οὕτω γίγνεται),
Εἰ πᾶσι ταυτὸν πρᾶγμ᾽ ἀρεσκόντως ἔχει.

In vulgatis ſtigma ponitur poſt v. 579.

719.

Ἀτὰρ τὸ τοῦ θεοῦ γ᾽ οὐ διέφθειρέν μέ πω
Μάντευμα, καί τοι γ᾽ ἐγγὺς ἕστηκα φόνου.

Poſterior verſus in metrum peccat; uterque in ſenſum. Non enim Pylades, ſed Oreſtes prope cædem ſtabat. Omnia plana erunt, ſi legamus:

Ἀτὰρ

(*a*) Sic Reiskius. (*b*) Sic MSS.

Ἀτὰρ τὸ τοῦ θεοῦ γ' οὐ διέφθειρέν σέ πω
Μάντευμα, καί τοι γ' ἐγγὺς ἔστηκας φόνου (*a*).

744.

Totus verſus Iphigeniæ tribuendus eſt;

Δώσω, λέγειν χρὴ, τῶνδε τοῖς ἐμοῖς φίλοις (*b*).

859. & ſeq.

Παρὰ δὲ βωμὸν ἦν
Δάκρυα καὶ γόοι·
Φεῦ, φεῦ χερνίβων ἐκεῖ.
Ορ. Ὤιμωξα κἀγὼ τόλμαν ἣν ἔτλη πατήρ.
Ἰφ. Ἀπάτορ' ἀπάτορα
Πότμον ἔλαχον.

Ita, credo, diſtribuendi ſunt hi verſus.

884. & ſeqq.

Hos verſus ſic refingo:

Πότερον κατὰ χέρσον, οὐχὶ ναΐ,
Ἀλλὰ ποδῶν ῥιπᾷ,
Θανάτῳ πελάσεις, ἆρα
Βάρβαρα φῦλα,
Καὶ δι' ὁδοὺς ἀνόδους στείχων (*c*).

983.

Ἀλλὰ ὦ φίλη γ', ὦ κασίγνητον κάρα.

Mi-

(*a*) Sic, præter Reiskium, MSS.
(*b*) Sic MSS. & Reiskius, niſi quod ἐκεῖ pro ἐμοῖς ſubſtituit.
(*c*) Sic Reiskius.

Mirum eſt Criticos in hoc verſu emendando, etiam Scaligerum, aberraſſe, cum vera lectio ſatis obvia ſit. Legendum:

Ἀλλ' ὦ φίλη σύγ', ὦ κασίγνητόν κάρα.

1037.

Οὐ καθαρὸν ὄντα τόνδ' ὅσιον δώσω φόνῳ.

Ut metro & ſenſui ſimul conſulatur, legendum:

Οὐ καθαρὸν ὄντα σ' ἀνόσιον ἐκ σῷ φόνῳ.

1301.

Hic verſus, deleta Nuncii perſona, tribuendus eſt Choro; qui ſequuntur autem (v. 1302. & 3.) Nuncio.

RHESUS.

373.

Σχιστὰν παρ' ἄντυγα κώλοις ἐρεθίζων
Δίβολόν τ' ἄκροισι πάλλων.

Voces κώλοις ἐρεθίζων reddit interpres *manibus & pedibus certans.* Alius fortaſſe melius, ſed nemo, opinor, ita, ut ſenſum aliquem ex iis eliciat. Libenter legerem: πώλους ἐρεθίζων *equos incitans* (a). Sic Bacch. 148. ἐρεθίζων πλανάτας.

455. & ſeqq.

Lego & diſtinguo;

—— —— φίλα θεοῖς,
Φίλος διόθεν εἶ· μόνον
Φθόνον ἄμαχον ὕπατος Ζεὺς
Θέλοι ἀμφὶ σοῖς λόγοισιν
Εἴργειν· —— ——

Modo

(a) Sic Reiskius.

Modo Jupiter invidiam arceat &c. Deorum ſcilicet invidia quædam, ſive Nemeſis, mortalium inſolentiam inſequi credebatur; unde hæ paſſim deprecationum formulæ; ξὺν θεῷ ſupra 358. ξὺν Ἀδραστείᾳ infra 468. ἄνευ φθόνου Sophocl. Elect. 1493. quem locum peſſimè corruptum ſic emendo. Ægiſthus Oreſtem, ut credebat, mortuum ſpectans exclamat;

> Ὦ Ζεῦ, δέδορκα φάσμ', ἄνευ φθόνου μὲν, εἰ
> Πεπτωκὸς, εἰ δ' ἔπεστι Νέμεσις, οὐ λέγω.

Vulgo legitur ἄνευ φθόνου μὲν οὐ.

Age verò, quoniam in hanc Sophoclis tragœdiam incidimus, ignoſces mihi, credo, ſi verſui etiam 1506. miſerè, ut videtur, laboranti, medelam afferre coner. Oreſtes loquitur:

> —— Οὐ γὰρ αἰσθάνῃ πάλαι
> Ζῶν τοῖς θανοῦσιν οὕνεκ' ἀνταυδᾷς ἴσα;

Fruſtra eſt interpres, dum ſenſum ex his elicere tentat. Tu mecum ſic reſcribe:

> —— Οὐ γὰρ αἰσθάνῃ πάλαι
> Ζῶντας θανοῦσιν οὕνεκ' ἀνταυδᾷς ἴσα;

Non enim ſentis, quod dudum *vivos*, quaſi mortuos, alloqueris? Si totam Scenam attente perlegas, conjecturam noſtram, ni fallor, veriſſimam probabis.

527.

Hic locus ſic, opinor, diſtinguendus eſt:

> Τίνος ἁ φυλακά; τίς ἀμείβει
> Τὰν ἐμάν; πρόσω
> Δύεται σημεῖα, κ. τ. λ.

Prima ſidera jam cadant &c.

751.

Τοῖς Θρῃξὶν πένθος πολυπαίδισαι.

Idem verſus ſupra in loco ſuo legitur v. 744. Hic autem ſine dubio delendus eſt (*a*).

TROADES.

98.

Ἄνα δυσδαίμων κ. τ. λ.

Hæc omnia Hecubæ tribuenda ſunt, deletâ Chori perſonâ (*b*). Chorus ſcilicet, qui ex Troaſi conſtituitur, Hecubæ lamentis excitatus, verſu demum 153. eam ex tentorio Agamemnonis alloquitur, & mox v. 176. in ſcenam prodit.

119.

Pro ἐλέγχους ſine dubio ſcribendum ἐλέγους (*c*).

145.

Inſerenda eſt vox, quæ intercidit, ante δύσνυμφοι, ita ut totus locus ſic legatur:

Ἄλοχοι μέλεαι, καὶ κοῦραι,
Καὶ νύμφαι δύσνυμφοι.

Sic Iphig. T. v. 216.

Νύμφαν, οἴμοι, δύσνυμφον,

ut

(*a*) Deeſt hic in Harleiano. (*b*) Sic MS.
(*c*) Sic MS.

ut Scaligerum rectè emendaſſe video; pro illo quod in vulgatis legitur, Νύμφαιον.

153.

In his quæ ſequuntur vides, opinor; quam prave interloquentium partes turbentur. Accipe igitur novam, quam tentavi, perſonarum diſtributionem, ſi non veram, ſaltem veriſimilem. V. 153. rectè præfigitur Chorus; & v. 160. Hecuba. Cætera ſic refingo;

161. *Chorus.*

165. *Hecuba.*

166. *Chorus.*

169. Hecuba.

176. Chorus.

182. Hecuba.

184. *Chorus.* Ἤδη τίς ἦλθε Δαναῶν κῆρυξ;
Τῷ προσκειμένη δούλα τλάμων; interrogativè.

186. *Hecuba.* Ἐγγύς που κεῖσαι κλήρου·
Chorus. Ἰὼ. Ἰὼ. Τίς μ' Ἀργείων κ. τ. λ.

190. Hecuba.

197. Chorus.

Atque hæc hactenus videor mihi ſatis feliciter

 ex-

expediiſſe. Quod ſequitur opus eſt aleæ periculoſioris.

Lege tamen v. 199.

Hec. Οὐκ Ἰδαίοις ἱστοῖς κερκίδα
Δινεῦσ' ἐξαλλάξω· ——
Cho. Νέα τοι τεκέων σώμασι λεύσσ' ὦ,
Νέα τοι μόχθους ἕξω κρείσσους,
Ἢ λέκτροις πλαθεῖσ' Ἑλλάνων
(Ἔρροι νὺξ αὕτα καὶ δαίμων)
Ἢ Πειρήνας κ. τ. λ.

208. Hecuba.

214. Chorus.

218. Hecuba.

220. Chorus.

In v. 201. pro λεύσσω repoſui λεύσσ' ὦ. & ſic opinor in Cyclope. 655. pro Τυφέτω, καιέτω, legendum Τύφετ' ὦ, καίετ' ὦ. v. 204. eſt παρένθεσις. pro Ἔρρει reſcripſi Ἔρροι, modo optandi.

260.

Legendum

Τί δ', ὃ νεοχμὸν ἄπ' ἐμέθεν
Ἐλάβετε, τέκος πῶ μοι;

322.

Παρθένων ἐπὶ λέκτροις
Διδοῦσ', ὦ Ἑκάτα, φάος.

Omnino legendum eſt ὦ Ἑκάβα. Hoc ſcilicet matris, in nuptiis filiæ, officium. Sic Phœniſſ. 346.

Ἐγὼ

Ἐγὼ δ' οὔτέ σοι πυρὸς ἀνῆψα φῶς
Νόμιμον ἐν γάμοις,
Ὡς πρέπει, ματέρα μακαρίαν.

Vide etiam Iphig. A. 732.

356.

—— ἡ γάρ ἐστι λοξίας. f. εἰ. (a).

381.

Ἄλλοις τέκν' ἐκθρέψαντες.

Legendum ſuadeo Ἄλλως. Sic Med. 1029.

Ἄλλως ἄρ' ὑμᾶς, ὦ τέκν', ἐξεθρεψάμην,
Ἄλλως δ' ἐμόχθουν·

435.

Οὗ δὴ στενὸν δίαυλον ᾤκισται παρὰ
Δεινὴ Χάρυβδις.

Ita lego pro vulgato πέτρας, & verto: *Cujus quidem anguſtum juxta curſum ſedem habet ſæva Charybdis* &c. Senſum loci non viderunt interpretes, qui στενὸν δίαυλον pro freto Siculo acceperunt.

616.

Ὧν γ' οὔτε μέτρον οὔτ' ἀριθμός ἐστι μοι
Κακῶν· κακῶν γὰρ εἰς ἅμιλλαν ἔρχεται.

Lego

(a) Sic cum Reiskio MS.

Lego & diſtinguo:

Ὧν γ' οὔτε μέτρον, οὔτ' ἀριθμός ἐστι μοι·
Κακὸν κακῶν γὰρ εἰς ἅμιλλαν ἔρχεται.

777.

Qui ſequuntur Anapæſti *Andromachæ* perperam tribuuntur, quæ ſcilicet ſcenam poſt v. 774. reliquerat. Quin etiam *Talthybii* perſonæ multò meliùs, immo unicè, conveniunt.

In v. 783. pro ὑμετέρας reſcribo ἡμετέρας, & totum locum ſic verto: *Talium autem præconem eſſe oportet, qui immiſericors eſt, & impudentiæ magis quam* NOSTRÆ *ſententiæ amicus.*

786.

Συλώμεθα σὴν ψυχὴν ἀδόκως.

An ἀδοκήτως? inquit Barneſius in margine. Legendum credo ἀδίκως (*a*).

1203.

Θνητῶν δὲ μῶρος, ὅστις εὖ πράσσειν δοκῶν,
Ἔμπληκτος ὡς ἄνθρωπος, ἄλλοτ' ἄλλοσε
Βέβαια χαίρει· τοῖς τρόποις γὰρ αἱ τύχαι
Πηδῶσι, κοὐδεὶς αὐτὸς εὐτυχεῖ ποτε.

Nemini dubium eſſe poteſt, horum verſuum ſecundum & tertium male tranſpoſitos inverſo ordine legendos eſſe (*b*).

BAC-

(*a*) Sic MS. (*b*) Sic cum Reiskio MS.

BACCHÆ.

200.

Οὐδὲν σοφιζόμεσθα τοῖσι δαίμοσιν.

Huic verſui, opinor, præfigenda eſt Tireſiæ perſona, & mox v. 210. & ſeq. Cadmo tribuendi ſunt (*a*). Hanc autem fabulam, ut id obiter moneam, eâ mente ediſiſſe videtur Poëta, ut graviſſimum illud *impietatis* crimen, quod cum Socrate & aliis ejusdem Sodalitii hominibus commune habuit, a ſe amoveret. Vid. infra v. 427. & ſeq. 889. & ſeq.

333.

Κεἰ μὴ γάρ ἐστιν ὁ θεὸς οὗτος, ὡς σὺ φῂς,
Παρὰ σοὶ λεγέσθω, καὶ καταψεύδου καλῶς,
Ὡς ἔστι Σεμέλης, ἵνα δοκῇ θεὸν τεκεῖν.

Poſtrema ſic lego:

—— καὶ καταψεύδου καλῶς
Ὡς ἔστι, Σεμέλη ἵνα δοκῇ θεὸν τεκεῖν.

393.

Lego & diſtinguo:

Τὸ σοφὸν δ' οὐ σοφία,
Τό τε μὴ θνητὰ φρονεῖν·
Βραχὺς αἰών· ἐπὶ τούτῳ
Δέ τις ἂν μεγάλα διώκων
Τὰ παρόντ' οὐχὶ φέροι;

388.

(*a*) Sic MSS. neque multùm diſſentit Reiskius.

588.

Ὁ Διόνυσος ἀγὰ μέλαθρα,
Σίβελέ νιν.

Hæc ſunt verba Bacchi ad Chorum, ut ſupra v. 576. & 580.

593.

Lego;

Βρόμιος ἀλαλάξεται σέγας εἴσω.

Βρόμιος ἠλάλαξε τᾶς σέγας εἴσω.

vel ut conſtet ſenarius:

Ὁ Βρόμιος ἠλάλαξε τᾶς σέγας ἔσω.

594. & 595.

Hæc etiam Baccho, opinor, tribuenda ſunt.

786.

Verſui huic & ſequentibus per totam ſcenam (exceptis quos mox notabimus) qui *Nuncio* vulgo tribuuntur, præfigenda eſt *Bacchi* perſona.

790. & 791.

In his verſibus interpretandis fruſtra labores. Legendum ſuſpicor:

Οὐ μὴ φρενώσεις μ', ἀλλὰ δέσμιος φυγὼν
Δώσεις, ὅταν σοι πάλιν ἀναστρέψω, δίκην.

Non me docebis, ſed vinctus fugarum
Dabis pœnas, cum tibi rurſus rediero.

797.

797.

Verſus ſequentes ſic diſtribuendi ſunt:

Διο. Φεύξεσθε πάντες· κ̀ τόδ' αἰσχρὸν ἀσπίδας
Θύρσοισι βακχῶν ἐκτρέπειν χαλκηλάτους.
Πεν. Ἀπόρῳ γε τῷδε συμπεπλέγμεθα ξένῳ,
Ὃς οὔτε πάσχων οὔτε δρῶν σιγήσεται.
Διο. Ὦ τᾶν, ἔτ' ἔστιν εὖ καταστῆσαι τάδε.

In v. 801. pro Ὅταν recte repoſuit Scaliger Ὦ τᾶν, cujus locutionis uſus, in tragœdia non admodum frequens, exemplo uno aut altero confirmari poteſt. Vid. Heracl. 322. 688. & Sophocl. Philoctet. 1427.

807.

Lego;

Καὶ μὴν ξυνεθέμην τοῦτό γ' ἐς τί τῷ θεῷ;

834.

Πεν. Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολήν.
Διο. Ἀλλ' αἷμα θήσεις συμβαλὼν Βάκχαις μάχην.

Senſus, opinor, poſtulat, ut in poſteriore verſu pro αἷμα ſcribatur εἷμα. Pentheus ſcilicet *veſtem* mulierem detrectaverat. Bacchus igitur, *Sed veſtem*, inquit, *depones, cum pugnam ineas.*

843.

Στείχοιμ' ἂν· κ. τ. λ.

Hunc verſum & ſequentem, deletâ *Nuncii* perſonâ, *Pentheo* tribuendos eſſe vidit Pierſonus, quem ſanè, virum acutiſſimi ingenii, cætera etiam in hâc ſcenâ turbata non animadvertiſſe miror.

921.

Hic verſus Baccho tribuendus eſt, & cum ſequente, a quo nunc male divellitur, hoc modo connectendus:

Διο. Ὁ θεὸς ὁμαρτεῖ, πρόσθεν ὢν οὐκ εὐμενὴς,
Ἔνσπονδος ἡμῖν· νῦν δ' ὁρᾷς ἃ χρὴ σ' ὁρᾷν.

990.

Ἴτω δίκα φανερὸς,
Ἴτω ξιφηφόρος,
Φονεύουσα δαίμων διαμπὰξ
Τὸν ἄθεον κ. τ. λ.

Vellem ſanè legere hic & v. 1012. λαιμῶν διαμπάξ. *penitus per jugulum.* Sic Oreſt. 1472.

Παίειν λαιμῶν ἔμελλεν εἴσω μέλαν ξίφος.

Διαμπὰξ ab Heſychio exponitur διαμπερὲς, quod cum genitivo occurrit Il. M. 429. διαμπερὲς ἀσπίδος. Vide etiam Il. Υ. 362. & Sophocl. Philoct. p. 412. Ed. H. Steph.

1059.

Ὄχθον δ' ἐπεμβὰς εἰς ἐλάτην ὑψαύχενα.

Qui Anapæſtos in quarto loco Senarii tragici tolerandos ducunt, ex hoc verſu fortaſſe ſententiam ſuam tueri velint; ſed fruſtra: cum procul dubio corruptus ſit. Non enim & tumulum & abietem conſcendere voluit Pentheus, ſed *vel* hunc *vel* illam. Lego igitur ἢ ἐλάτην, ſic:

Ὄχθον δ' ἐπεμβὰς ἢ 'λάτην ὑψαύχενα.

1155.

1155.

Νάρθηκά τε πιςὸν ἀΐδαν Ἔλαβεν.

Quí hæc mihi interpretetur, OEdipus erit. Legendum conjicio Βιςονίδων. Notiſſimæ inter Bacchi famulas Biſtonides. Horat. L. II. Carm. 19.

Tu ſeparatis uvidus in jugis
Nodo coerces viperino
BISTONIDUM *ſine fraude crines.*

1186.

Πρέπει γὰρ ὥστε θηρὸς ἀγραύλου φόβη.

Hic verſus, opinor, Choro tribuendus eſt.

1328.

Δι. Ὦ πάτερ, ὁρᾷς γὰρ τἀμ' ὅσῳ μετεςράφη.

Poſt hunc verſum, quí *Agavæ* omnino tribuendus eſt, reliqua ejus ſermonis interciderunt. Unum tantùm ſenarium, ut videtur, conſervavit Scholiaſtes Comici ad Plutum. v. 901.

Εἰ μὴ γὰρ ἴδιον ἔλαβον εἰς χεῖρας μύσος.

Hæc enim, quæ ex *Bacchis Euripidis* citantur, in ſuperſtitibus nusquam apparent, & ad hunc locum veriſimiliter referenda ſunt. Deeſt autem etiam pars prior eorum quæ *Bacchus* hìc, ἀπὸ μηχανῆς interveniens, avò & materteræ mœrentibus vaticinatur. Illa certè Ἐκθηριωθεῖσ' ὄφις κ. τ. λ. planè abrupta ſunt, & præcedentia quædam deſiderant.

C Y-

CYCLOPS.

123.

Legendum opinor ;

Βρομίου δὲ πῶμ' ἔχουσιν, ἀμπέλου ῥοάς (a);

171.

—— εἶτ' ἐγὼ κυνήσομαι
Τοιόνδε πῶμα κ. τ. λ.

„ Quamobrem ego oſculabor *exhauriam* hunc „ potum." Ita Interpres ; quam rectè ipſe viderit. Ego certè locum leviter corruptum eſſe judico, & ſic refingendum :

—— εἶτ' ἐγὼ οὐκ ὠνήσομαι
Τοιόνδε πῶμα;

Nonne igitur ego emam talem liquorem? (b).

174.

Ἄκου', Ὀδυσσεῦ, διαλαλήσωμέν τί σοι.

Hic verſus Choro tribuendus eſt. Silenus ſcilicet poſt v. 173. exit, ut cibos efferat quos vino mutet. Omnia igitur, quæ ſub ejus perſonâ vulgo leguntur, Choro danda ſunt usque ad v. 187. In ſcenam enim cum mercibus ſuis tandem rediens Ulyſſem ſic compellat:

Ἰδοὺ τάδ' ὑμῖν κ. τ. λ.

202.

(a) Sic Reiskius. (b) MS. εἶτ' ἐγὼ οὐ κυνήσομαι.

201.

"Ανεχε, πάρεχε· τί τάδε; τίς ἡ ῥαθυμία;
Τί βακχιάζετ';

Hæc omnia, continuato ſermone, Cyclopi tribuenda ſunt, Scenæ autem hujus œconomiam ſic concipio. Ingrediens Cyclops Choro primùm ſaltanti occurrit, v. 202. & cum illo colloquitur usque ad v. 220. Deinde, antrum verſùs procedens, Ulyſſem cum ſociis, in remotâ, puta, theatri parte, conſpicit, & Silenum, qui cum illis pugnare jam ſimulavit, ne ſcilicet, ut ipſe loquitur v. 229. domini res per vim auferantur. Verſus igitur 211. 214. 216. & 218. deletâ Sileni perſonâ, Choro dandi ſunt. Formula illa, "Ανεχε, πάρεχε, occurrit etiam Troad. v. 300. & in Comici Veſp. v. 1317.

446.

Συνῆκ'. ἔρημον συλλαβὼν ῥυθμοῖσί νιν
Σφάξαι μενοινᾷς κ. τ. λ.

Pro voce nihili ῥυθμοῖσι varia ſubſtituerunt viri docti, Scaliger, Caſaubonus, & alii. Tu judica, annon melius ſit legere δρυμοῖσι, *in ſylvis*.

485.

Ὦ δὴ ἔνδοθεν. Hæ voces delendæ ſunt. Παρεπιχαφὴ enim eſt, ut vocat Scholiaſtes Ariſtoph. ad Aves 222.

500.

Αὐδᾷ 3. Hæc etiam, opinor, eſt παρεπιχαφή. Cyclops ſcilicet jam egreſſurus clamat Θύραν τίς οἴξει; Superiora autem ſic refingo:

Ἐπὶ

Ἐπὶ δεμνίοις τε ξανθὸν
Χλιδανῆς ἔχων ἑταίρας
Μυροχρίστης λιπαρῆς τε
Βόστρυχον. Κύκ. Θύραν τίς οἴξει;
Πᾶ, πᾶ; πᾶ;

553.

Lego:

Ἔγχει· πλέων γὰρ τὸ σκύφος· δίδου μόνον.

„ Infunde: *plenus autem eſt ſcyphus*; da mo-„ do." Et infra v. 555. legendum:

Ἀπολεῖς· δὸς οὗτος.

HERACLIDÆ.

55.

Ἥκω καθῆσθαι τήνδ' ἕδραν καλὴν δοκεῖς
Πόλιν τ' ἀφῖχθαι σύμμαχον καλῶς φρονῶν.

Omnino legendum eſt κακῶς.

148.

Ἀλλ' εἴ τιν' εἰς σὲ μωρίαν κ. τ. λ.

Levis macula ſenſum corrupit. Omnia ſalva erunt, ſi legamus Ἀλλ' ἤ. *Sed profecto* (*a*).

188.

Πῶς ἂν δικαίως ὡς Μυκηναῖος ἄγοι
Ὅδ' ὄντας ἡμᾶς, ὅς ἀπήλασε χθονός;

Ita

(*a*) Sic Reiskius.

Ita ſcribendus eſt hic locus. Vulgo legitur Ὧδ' ὄντων.

201.

Legendum credo:

> —— ἡ γὰρ αἰσχύνη πάρος
> Τοῦ ζῆν παρ' ἐσθλοῖς ἀνδράσιν νομίζεται.

Vide Jon. 485.

> Ἐμοὶ μὲν πλοῦτός τε πάρος
> Βασιλικῶν θαλάμων τ' εἶεν
> Τροφαὶ κήδειοι κεδνῶν τέκνων.

386.

Non intelligo, quo ſenſu Euryſtheus dicatur εὐτυχὴς τὰ πρὸς θεῶν. Mallem igitur totum locum ſic refingere, unâ tantum litterulâ insertâ:

> Ὁ γὰρ ϛρατηγὸς, εὐτυχὴς τὰ πρόσθεν ὢν,
> Ἐϛὶν, σάφ' οἶδα, καὶ μάλ' οὐ σμικρὸν φρονῶν
> Εἰς τὰς Ἀθήνας.

394.

> Πεδία μὲν οὖν γῆς εἰς τάδ' οὐχ ἐφῆκέ πω
> Στρατὸν, λεπαίαν δ' ὀφρύην καθήμενος
> Σκοπεῖ· δόκησιν δὴ τόδ' ἂν λέγοιμί σοι·
> Ποίᾳ προσάξει ϛρατόπεδον ταὐτὸν ὁδῷ,
> Ἐν ἀσφαλεῖ τε τῆσδ' ἱδρύσεται χθονός.

Ita forte conſtituendus eſt locus, qui in vulgatis peſſimè ſe habet. In v, 396. δόκησιν δὴ τόδ' ἂν λέγοιμί σοι, idem eſt ac δόξαν λέγω in Bacch. v. 629.

In

In v. 397. pro δορὸς, quod ſine dubio corruptum eſt, donec aliquid melius excogitetur; repoſui ὁδῷ; & in verſu proximo, pro τῇδ', conjecturâ non paullo certiore, τῆσδ'.

400.

Πόλις τ' ἐν ὅπλοις, σφάγιά θ' ἡτοιμασμένα
Ἕστηκεν, οἷς χρὴ ταῦτα τέμνεσθαι θεῶν,
Τροπαῖα τ' ἐχθρῶν καὶ πόλει σωτήρια.
Θυηπολεῖται δ' ἄστυ μαντέων ὕπο.

Ita ordinandi ſunt hi verſus. Duo poſteriores in editis inverſo ordine leguntur: ſed male.

461.

Πολλῆς γὰρ αἰδοῦς καὶ τύχης τις ἂν τύχῃ.

Fruſtra in his explicandis laborat Interpres. Legendum eſt κἀτυχὴς i. e. καὶ ἀτυχὴς.

514.

Κάμπτεσθαι δέ τινα, πατρὸς οὖσαν εὐγενοῦς;
Παθοῦσαν, ᾅδην μηδὲν ἧσσον εἰσιδεῖν.

In verſu priore, pro δέ τινα, ſine dubio reponendum eſt δεινά.

567.

Ἔσται τάδ', ὦ τάλαινα παρθένων.

Hæc & ſequentia, quæ in vulgatis Jolao dantur, Demophonti tribuenda eſſe facile perſpexeris. In ultimo verſu (573) pro μοι libenter legerem σοι.

733.

Σύ τοι βραδύνεις, κὐκ ἐγὼ δοκῶ τι δρᾷν;

Lego:

Σύ τοι βραδύνεις, κὐκ ἐγὼ, δοκῶν τι δρᾷν.

973.

Ἔγωγε κ᾽ τί φημι κἂν μεῖναί τινα;

Ita in vulgatis reſpondet Alcmena verſiculo qui præceſſerat:

Οὐκ ἔστι τοῦτον ὅστις ἂν κατακτάνοι.

Reſponſum tamen, opinor, non paullò aptius erit, ſi legamus:

Ἔγωγε, καίτοι φημὶ κἄμ᾽ εἶναί τινα.

Suſpicor autem perſonas a verſu 960. ad v. 974. turbatas eſſe, ita ut Chorus Nuntii partes ubique occupaverit. Quæ Nuntio vulgo tribuuntur, ad Alcmenam pertinere vidit Barneſius.

HELENA.

91.

Τελαμὼν ὁ φύσας· τίν᾽ ἂν ἔχοις μᾶλλον φίλον;

Immo, ſi quid video, legendum eſt:

Τελαμὼν ὁ φύσας· τίν᾽ ἂν ἔχοιμ᾽ ἄλλον φίλον;

271. & 272.

Pro καλὰς in utroque verſu reponendum eſt κακὰς (*a*).

309.

Σμικρὸν δ' ὁ καιρὸς ἄρτ' ἀπαλλάξαι βίυ.

In hoc verſu interpretando operam planè perdas. Vide an totus locus ſic reſcribendus ſit:

Σφάγαὶ δ' ἔχυσιν εὐγενές τι κ̀ καλὸν,
Πικρὸν δ'. ὁ καιρὸς ἄρτ' ἀπαλλάξαι βίυ.

331.

Τάφον λιπῦσα τόνδε σύμμιξον κόρῃ·
Ὅθεν περ εἴσῃ πάντα τ' ἀληθῆ φράσαι
Ἔχυσ' ἐν οἴκοις τοῖσδε, τί βλέπεις πρόσω;

Ita interpungendus eſt hic locus, qui in Editis peſſime ſe habet.

648.

Ἑλε. Πρὸς ἄλλαν δ' ἐλαύνει θεὸς κ. τ. λ.
Μεν. Ὄναιο δῆτα· ταῦτα δὴ ξυνεύχομαι,
Δυοῖν γὰρ ὄντοιν ὐχ ὁ μὲν τλήμων ὁ δ' ὔ.
Ἑλε. Φίλαι, φίλαι, τὰ πάρος κ. τ. λ.

Ita, credo, diſtribuendi ſunt hi verſus.

743.

(*a*) Sic MS.

743.

Ἄγγειλον ἐλθὼν τοῖς λελειμμένοις φίλοις
Τάδ' ὡς ἔχοντ' εὕρηκας, οἵ τ' ἐσμὲν τύχης.

Omnino legendum eſt: οὗ τ' ἐσμὲν τύχης.

779.

Ἓν δ' εἰπὲ, πάντα συλλαβὼν, πόσον χρόνον
Πόντου 'πὶ νώτοις ἅλιον ἐφθείρου πλάνον;
Μεν. Ἐνιαύσιον, πρὸς τοῖσιν ἐν Τροίᾳ δέκα
Ἔτεσι διῆλθον δ' ἑπτὰ περιδρομὰς ἐτῶν.

In hoc loco explicando fruſtra ſudes, cum revera inexplicabilis ſit. Pro Ἐνιαύσιον fortaſſe ſatis commode ſubſtituatur Ἐξαίσιον. Ἐξαίσια, ὑπέρμετρα. Heſych.

847.

Ἑλ. Πῶς οὖν θανούμεθ' ὥστε καὶ δόξαν λαβεῖν;
Μεν. Τύμβου 'πὶ νώτῳ σε κτανὼν ἐμὲ κτανεῖν.

Omnino corrigendum eſt κτανῶ. Vide v. 988 & ſequentes.

926.

Τὸ μὲν δίκαιον τοῦ πατρὸς διαφθερεῖς,
Τῷ δ' οὐ δικαίῳ συγγόνῳ δώσεις δίκην.

Veriſimile eſt, vocem δίκην ex repetito ſuperius ſimilium ſyllabarum uſu in hunc locum irrepſiſſe. Senſus certè poſtulat ut reponamus χάριν (a): &

(a) Sic Reiskius.

& hanc eſſe veram lectionem confirmat Theonoës reſponſum v. 1006.

> ——— οὐδὲ συγγόνῳ χάριν
> Δοίην ἄν, ἐξ ἧς δυσκλεὴς φανήσομαι.

965.

> Ἃ δ' ἄξι' ἡμῶν, καὶ δίκαι' ἡγούμεθα,
> Καὶ σῆς μάλιστα καρδίας ἀνθάψεται,
> Λέξω τάδ', ἀμφὶ μνῆμα σοῦ πατρὸς πόθῳ.

Verſus poſterior ſic, credo, legendus eſt:

> Λέξω, τόδ' ἀμφὶ μνῆμα, σοῦ πατρὸς πόθῳ.

1061.

> Σωτηρίας δὲ τοῦτ' ἔχει τί νῷν ἄκος;
> Ἑλ. Παλαιότης γὰρ τῷ λόγῳ γ' ἔνεστί τις.

Poſterior verſus, deletâ Helenæ perſonâ, Menelao, opinor, tribuendus eſt (*a*). Παλαιότης autem ſignificat: *Craſſum aliquid & veteris ævi ſimplicitatem ſapiens.* Eodem ſenſu ſæpius uſurpatur ἀρχαῖος a Comico in Nub. 980. 1472. & alibi.

1142.

> Δόλιον ἀστέρος λάμψας
> Ἀλίμενα δ' ὄρεα μέλεα.

Forte

> Ἀλίμεν' ἂν ὄρεα (*b*).

1168.

(*a*) Sic Reiskius. (*b*) Sic Reiskius.

1168.

Λόγχαισι καταπαυόμθμοι
Πόνυς θνηῖῶν ἀπαθῶς. Forte ἀμαθῶς.

1225.

Οἰκῖρόταῖον ὑγροῖσι κλυδωνίοις ἁλός.

Forte:

Οἰκῖρόταστ' ἐν ὑγροῖσι. κλυδωνίοις ἁλός.

1330.

Μετὰ κυρᾶν δ' ἀελλόποδες,
Ἁ μὲν τόξοις Ἄρτεμις,
Ἁ δ' ἔγχει Γοργὼ πάνοπλος.

Legendum credo κῦραι δ': *Una autem erant Virgines pedibus veloces, Diana & Minerva.*

JON.

184.

In hâc Chori Parodo duo obſervanda occurrunt; primùm Metra, quæ vulgo Monoſtrophica dicuntur, revera Antiſtrophica eſſe: (Strophe ſcilicet a v. 184. ad v. 193. κῶλα complectitur decem, & totidem Antiſtrophe a v. 194. ad v. 204. ſequitur Ἐπῳδὸς a v. 205. ad v. 218.) alterum, quod majoris momenti eſt, Jonis perſonam, in hoc cantico, *Coryphæi* partes temere occupâſſe. Scena enim hujus Dramatis *ſub templo* Apollinis apud Delphos conſtituitur. In hunc locum egreditur Jon v. 79. ὡς σὺ ἰᾶν λαμπρὰ θῆ πυλώματα Δάφνης κλάδοισιν. & mox, finito o-

 pere,

pere, in templum redit v. 183. Poſt hunc verſum ingrediens Chorus Picturas, quæ in porticibus, puta, quibusdam in aditu templi occurrebant, aliquantisper miratur, & earum enarrationem a Principe ſuo ſive *Coryphæo* accipit. Tandem v. 219. Jonem in limine templi ſtantem videt & alloquitur,

Σέ τοι τὸ παρὰ ναὸν αὐδῶ κ. τ. λ.

235. & 236.

Ridiculè argumentatur Barneſius ut hos verſus Creuſæ vindicet, qui Choro omnino tribuendi ſunt.

288.

Forte;

—— ξυνοῖδ' ἄντροισιν αἰσχύνην τινά.

pro vulgato ξύν' οἶδ'.

492.

Ὦ Πανὸς θακήματα,
Καὶ παραυλίζουσα πέτρα
Μυχοὶ δαισὶ Μακραῖς. κ. τ. λ.

Pro monſtro ſive monſtris Μυχοὶ δαισὶ legendum credo Μυχώδεσι. Quâ ſcilicet analogiâ a κρημνὸς fit κρημνώδης, a μῦθος μυθώδης, a ψάμμος ψαμμώδης; eâdem a μυχὸς derivetur μυχώδης, *cavernoſus*. Quod ſanè epitheton τῆς Μακραῖς optimè convenire ex plurimis hujus Tragœdiæ locis ſatis conſtat.

594.

Μηδὲν καὶ οὐδὲν ἂν κεκλήσομαι.

Pedem, qui huic Senario deeſt, variè, ſed æque infeliciter, ſuppleverunt viri docti, Scaliger, Grotius, aliique. Legendum conjicio:

Μηδὲν καὶ οὐδὲν οὐδένων κεκλήσομαι.

616.

Ὅσας σφαγὰς δὴ φαρμάκων θανασίμων
Γυναῖκες εὗρον ἀνδράσιν διαφθοράς;

Cum verſus plane laboraret, reſcribebat Pierſonus θανατηφόρων. Sed noſtra correctio lenior eſt, & ſenſui ſimul, ni fallor, prodeſt;

Ὅσας σφαγὰς δὴ, φαρμάκων τε θανασίμων
Γυναῖκες εὗρον ἀνδράσιν διαφθοράς;

Ferro ſcilicet, æque ac veneno, *res agitur*, ut inquit Satyricus.

771.

Στενομένα γὰρ ἂν πόλις ἔχοι
Σκῆψιν ξενικὸν εἰσβολάν.
Ἄλις ἄλις ὁ πάρος ἀρχαγὸς
Ὧν Ἐρεχθεὺς ἄναξ.

Ita hos verſus repræſentavit Barneſius ex emendatione Scaligeri. Editiones reliquæ habent Ἀλίτας, unde legendum ſuſpicor:

Ἄλις ἃς ὁ πάρος ἀρχαγὸς
Ἦν Ἐρεχθεὺς ἄναξ.

745.

Ὀρθῶς ἔλεξας· ἀλλὰ μὴ᾽ πάρεικέ πω.

Senſus, qui ex verbis poſterioribus eliciendus eſt, aut nullus eſt, aut nullo pene pejor. Quidni legamus, ἀλλὰ μὴ πάρες κόπῳ. Subaudito σεαυτόν. Similis fere locutio occurrit in Phœniſſ. 859. Κόπῳ παρείμεθα. & in Herc. Fur. 1043. Τὸν ὕπνῳ παρειμένον.

1404.

Κρε. Σφάζοντες οὐ λήγοιτ᾽ ἂν, ὡς ἀνθέξομαι
Καὶ τῆσδε, καὶ σοῦ, τῶν τε σῶν κεχρυμμένων.

An potius ſcribendum eſt, τῶν τ᾽ ἴσω κ.

1470.

Turbantur perſonæ, quæ ſic forte ordinandæ ſunt;

Κρε. Ὦ τέκνον, τί φῄς; οἷον οἷον ἀνελέγχομαι;
Ἰων. Πῶς εἶπας; Κρε. Ἄλλοθεν γέγονας γὰρ ἄλλοθεν.

HERCULES FURENS.

9.

Κρέων δὲ Μεγάρης τῆσδε γίνεται πατὴρ,
Ἣν πάντες ὑμεναίοισι Καδμεῖοι ποτὲ
Λωτῷ συνηλάλαξαν. Mallem Ἧς (a).

19.

(a) Sic Reiskius.

19.

Καθόλυ δίδωσι μισθὸν Εὐρυσθεῖ μέγαν.

Omnino corrigendum, Καθόδυ, *reditûs in patriam* (*a*).

193.

Θραύσας τε λόγχην οὐκ ἔχει τὸ σῶμα τῳ
Θάνατον ἀμῦναί γ' ἂν ἔχων ἀλκὴν μόνον.

Illud γ' ἂν in verſu poſteriori correptum eſſe, nemini niſi Barneſio dubium eſſe potuit. Pierſonus corrigebat τήνδ'. Vera lectio, ut opinor, eſt μίαν ἔχων ἀλκὴν μόνον.

215.

Βίαν δὲ δράσῃς μηδὲν, ἢ πείσῃ λίαν,
Ὅταν θεῶ σοι πνεῦμα μεταβαλὸν τύχῃ.

Verſus prior, niſi multum fallor, ſic ſcribi debet;

Βίᾳ δὲ δράσῃς μηδὲν, ἢ πείσῃ βίαν (*b*).

381.

Καὶ ψαλίοις ἐδάμασε πώλυς
Διομήδεος, αἳ φονίαισι φάτναις
Ἀχάλιν' ἐθόαζον
Κάθαιμα σῖτα γνάθοισι, χαρ-
μοναῖσιν ἀνδροβρῶσι δυστράπεζοι.

Cor-

(*a*) Sic Reiskius. (*b*) Sic Reiskius.

Corrigendum forte κάθαιμ', ἄσιτα. Hæc autem neutra pluralia adverbialiter uſurpari puto; *ſine frænis*, *cruente*, *ſine frumento*. Ita enim, in hoc loco, reddenda eſt vox ἄσιτος, in primariâ ejus, ut videtur, ſignificatione.

494.

Ἄρηξον, ἐλθὲ, καὶ σκιὰ φάνηθί μοι·
Ἅλις γὰρ ἐλθὼν ἱκανὸν ἂν γένοιο σύ.

Poſterior verſus tam inſulſus eſt & a prioris energeia diſcrepans, ut eum corruptum eſſe non dubitem. Emendabam olim ex conjecturâ:

Σκιὰ γὰρ ἐλθὼν ἱκανὸν ἂν γένοιο σύ.

Umbra enim veniens ſatis eſſes tu.

Certum eſt tale aliquid requiri, ut Megaræ oratio ſibi conſtet.

583.

Δίκαιον τοὺς τεκόντας ὠφελεῖν τέκνα
Πατέρα τε πρέσβυν, τήν τε κοινωνὸν γάμων.

Hi verſus ſermoni Herculis, qui præceſſit, male aſſuuntur, cum ex panno planè diverſo ſint. Chori perſonæ optime conveniunt, cui igitur reddendos ſuadeo.

696.

Διὸς ὁ παῖς· τᾶσδ' εὐγενείας
Πλέον ὑπερβάλλων ——

Verſus poſterior reſpondere debet verſui 683. in Strophe præcedenti:

Παρὰ

Παρά τε χέλυος ἑπτατόνου.

Manifeſtum eſt igitur huic tres ſyllabas in fine deeſſe. Si legamus,

Πλέον ὑπερβάλλων ἀρεταῖς,

ſenſui, opinor, æquè ac metro non parum opitulabimur.

726.

Σὺ δ' οὖν ἴθ', ἔρχῃ δ' εἰ χρεών·

Omnino legendum eſt, αἶ χρεών. *quo oportet* (*a*).

740.

Manifeſtum eſt *Amphitryonis* perſonam huic verſui male præfigi. Ille enim poſt v. 733. abiit, & Chorum ſolum in ſcena reliquit. Eorum igitur quæ ſequuntur, τὰ μέλη Choro univerſo tribuenda ſunt; Jambi autem (v. 740. 741. 747. 748. 755. 756. 760. 761. & 762.) Coryphæo.

879.

Μανίαισι Λύσσας χορευθέντ' ἐναύλοις.

Nemo, opinor, dubitet reponendum eſſe ἀναύλοις. Sic in Phœn. v. 797. Martis κῶμος dicitur ἀναυλότατος.

911.

Αγ. Ἄλλασα τὰν δόμοισι· μάντιν οὐχ ἕτερον ἄξομαι.
Τεθνᾶσι παῖδες. Χο. Αἶ. αἶ.

Hæc

(*a*) Sic cum Reiskio MS.

Hæc aliter, credó, diſtribuenda ſunt. Sic,

Ἀγ. Ἄλαστα τὰν δόμοισι·
Χο. Μάταν οὐχ ἕτερον ἄξομαι·
Τεθνᾶσι παῖδες· αἶ. αἶ.

962.

Ἀκοὴν ὑπειπών. ——

Totus locus ſic, opinor, conſtituendus eſt:

Πρὸς οὐδέν' ἡμιλλᾶτο, κἀκηρύσσετο
Αὐτὸς πρὸς αὐτοῦ καλλίνικος οὐδενὸς,
Ἃ χρῆν ὑπειπών.

Cum nemine certabat, & prædicabatur ipſe a ſe ipſo victor neminis, *Quæ oportuit* ſubjiciens; i. e. *juſtam præconii formulam.*

977.

Ὁ δ' ἐξελίσσων παῖδα κίονος κύκλῳ,
Τόρευμα δεινὸν ποδὸς ἐναντίον σταθεὶς
Βάλλει πρὸς ἧπαρ.

Loci per ſe ſatis impediti ſenſum prorſus obſcuravit unius litterulæ corruptio. Pro τόρευμα, quæ vox nihili eſt, reponendum credo χόρευμα, & ordinem verborum hunc eſſe ſtatuo: Ὁ δ' ἐξελίσσων χόρευμα δεινὸν ποδὸς, κίονος κύκλῳ ἐναντίον σταθεὶς βάλλει παῖδα πρὸς ἧπαρ. Sic Troad. v. 2.

—— ἔνθα Νηρῄδων χοροὶ
Κάλλιστον ἴχνος ἐξελίσσουσιν ποδός.

1124.

Hic verſus Choro, opinor, tribuendus eſt. In ſequenti pro μαθεῖν reponendum credo παθεῖν.

1189.

Ἥρας ὅδ' ἀγὼν τις χολουμένης γέρον.

Ita hunc verſum repræſentat Barneſii Editio, ex emendatione, ut ipſe ait, Scaligeri. Editiones Veteres & MSS. habent:

Ἥρας ὅδ' ἀγὼν τις δόλου νεκροῖς γέρον.

Unde legendum conjicio:

Ἥρας ὅδ' ἀγών· τίς δ' ὅδ' οὐ νεκρὸς, γέρον;

Manifeſtum eſt enim in verbis poſterioribus contineri interrogationem, cui reſpondet Amphitryo v. 1190.

Ἐμὸς, ἐμὸς ὅδε γόνος κ. τ. λ.

Theſeus ſcilicet ingrediens puerorum cadavera primum videt v. 1172. & de illorum morte ſciſcitatur v. 1174. 1181. Mox hominem capite involuto projectum, ſed planè vivum, conſpiciens, Amphitryonem interrogat:

Quis autem hic non mortuus, o ſenex?

ELECTRA.

294.

Ἔνεστι δ' οἶκτος ἀμαθίᾳ μὲν οὐδαμοῦ
Σοφοῖσιν ἀνδρῶν·

Ia

Legendum credo:

Ἔνεστι δ' οἶκτος, ἀμαθίᾳ μὲν οὐδαμοῦ,
Σοφοῖσι δ' ἀνδρῶν·

& ita ſcribitur idem locus inter Fragmenta Antiopes. v. 51.

388.

—— οὐδὲ γὰρ δορὶ
Μᾶλλον βραχίων στεναρὸς ἀσθενοῦς μένει.

Corrigendum opinor θένει. Sic Cyclop. v. 7.

Ἐγκέλαδον ἰτέαν εἰς μέσην θένων δορί.

649.

Ὑπηρετείτω μὲν δυεῖν ὄντοιν τόδε.

Pro τόδε reponendum credo ὅδε, Pædagogus ſcilicet. Vid. infra 664. & ſeqq.

678.

Καὶ Γῆ τ' ἄνασσα, χεῖρας ᾗ δίδωμ' ἐμάς.

Niſi multum fallor, legendum eſt:

Δίκη τ' ἄνασσα κ. τ. λ.

859. & 683.

Hi verſus mutato ordine legi debent, & totus locus ſic fortaſſe conſtitui:

Νῦν πάντα νεκρὸν ἐλθὲ σύμμαχον λαβὼν,
Οἵπερ γε σὺν σοὶ Φρύγας ἀνήλωσαν δορὶ,
Χ' ὥσοι συγοῦσιν ἀνοσίους μιάστορας.
Ἤκουσας, ὦ δεῖν' ἐξ ἐμῆς μητρὸς παθών;
Πλ. Πάντ' οἶδ', ἀκούει τάδε πατήρ· στείχειν δ' ἀκμή (*a*).

883.

Ἥκεις γὰρ οὐκ ἀχρεῖον ἔκπλεθρον δραμὼν
Ἀγῶν' ἐς οἴκους, ἀλλὰ πολέμιον κτανὼν
Αἴγισθον.

Vox ἔκπλεθρον occurrit etiam in Medea v. 1181. ubi a Scholiaſte redditur μέγα καὶ ὑπερβαῖνον πλέθρου μέτρον, qui tamen ſenſus neque illi loco, neque huic quem verſamus, omnino convenit. Re perpenſâ, vix dubito quin vox utrobique ſcribi debeat ἕκπλεθρον (*b*), cum aſpirata, & verti *ſex plethrorum*, i. e. *ſtadium*. Πλέθρον enim eſt ἕκτον μέρος τοῦ σταδίου. Suidas in v. Quâ igitur analogiâ pro ἑξάπηχυς ſex cubitorum, ἑξάπλευρος ſex laterum, dici jubet Phrynichus p. 182. ἕκπηχυς, ἕκπλευρος, eâdem pro ἑξάπλεθρος uſurpatur ab Euripide ἕκπλεθρος. Poſito igitur quod ἀγὼν ἕκπλεθρος nihil aliud eſt quam ἀγὼν σταδιαῖος, facilis erit & elegans hujus loci explicatio, & etiam alterius in Medea v. 1181. ſi pro ἔκπλεθρον reponamus ἐκπλέθρου.

Ἤδη δ' ἀνέλκων κῶλον, ἐκπλέθρου δρόμου
Ταχὺς βαδιστὴς τερμόνων ἀνθήπτετο.

902.

—— μή μέ τις φθόνῳ βάλῃ.

Cor-

(*a*) Sic Reiskius. (*b*) Sic Reiskius.

Corrigendum credo φθόνος. Sic Pindar. Iſthm. VII. v. 55.

Ὁ δ' ἀθανάτων Μὴ θρασσέτω φθόνος.

Vide ſupra ad Rheſ. 455.

942.

Ἡ μὲν γὰρ αἰεὶ περιμένουσ' αἴρει κακά.

Non video quo ſenſu ἡ φύσις dicatur *tollere mala*. Niſi multum fallor, pro κακὰ legendum eſt κάρα. Hæc enim ſemper perdurans *tollit caput*. Sic in Æſchyli Choëphor. P. 247. Edit. H. Steph.

Ἆρ' ὀρθὸν αἴρεις φίλτατον τὸ σὸν κάρα;

1022.

—— ἔνθ' ὑπερτείνας πόλας,
Λευκὴν διήμησ' Ἰφιγόνης παρηΐδα.

Corrigendum credo πυρᾶς. Sic certe in Iphig. T. v. 26. Iphigenia de ſe loquitur:

Ἐλθοῦσα δ' Αὐλίδ' ἡ τάλαιν', ὑπὲρ πυρᾶς
Μεταρσία ληφθεῖσ' ἐκαινόμην ξίφει.

1027.

Νῦν δ' οὔνεχ' Ἑλένης μάργος ἦν κ. τ. λ.

Qui hunc locum attentè perlegerit, non dubitabit, opinor, reſcribere:

Νῦν δ' οὔνεχ' Ἑλένη μάργος ἦν.

F I N I S.

VA1
1553704

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google